

Giacchetti di Sancto
Angelo.

et per me savone
giosepho tifaldis
auendo dallo
reuerenno donno
linio Giachetti
santo agelo
fratta anno
1631



SACRATÆ CHRISTI PASSIONIS Fragmenta.



D. THOMÆ ROGERII V. I. & S. T. D. incogniti vatis solertia in lucẽ prodeũt.









PROTESTATIO AVCTORIS

SI quid mendorum, fædumq; in opere irrepſit; id Calcographi in curia factum, ſiquid vero erroris fortaſſe continet, hoc ignoranter factũ puta.

D. Thomas Rogerius.

Ad Eminentiſs. ac Reuerendiſs. Dñm, meum Colendiſs. D.

D. FRANCISCVM S. R. E. Presbyterum. CARDINALEM Boncompagnum.

Tit. SS. Quatuor Coronatorum.

ARCHIEPISCOPVM Neapolitanum Vigilantiſsimum S. P. D.



Acerdotalis laborioſa quies, cùm otijs torpere, tùm luxibus indulgere non debet, quin verò aſſiduis, honeſtis, per vigilibuſq; occu-

cu-

cupationibus cedere non lasso sanè gressu per amabit. Hæc omnia vnà mecum sæpesæpius animo librans; multiplicibus, sacrisq; libellorum lucubrationibus ingenioli mei accomodaui lychnũ, interq; sacra exiguę meę Mineruulę opuscula, hoc præterea tenebris iacebat offusum, Quod sacratę Christi paßionis Fragmenta titulatur, Hoc ergo, vt prælo cudendum traderem, non pauci efflagitarunt. Quorum pijs, vt modum gererē votis, tandem ingēti labore consummatum, absolutũq; in lucem prodire nequibat, ni tuo (Eminentißime Princeps) Iubare, depulsis latibulorum tenebris, illustraretur. At vero, quoniam fædato stylo ac incompto more carmina hæc tuo

con-

conſpectui apparere perpudebat; hæſitabant ſanè diù, num demum id attentare deberent; Ita prorſus ceù rationis compotia denique ad te currere ſtatuerunt. Accipe igitur Eminentiſsime Princeps ſacrum hoc opuſculum, & inter alia a me tibi conſecrata, illud connumera, & Vale. Datum Neapoli Anno ab Erebo tryumphato. XXXIV. S. CIↃ. IↃC.

Tuæ Eminentię R.mæ deuinctus.

Thomas Rugerius.

Lectori Fœlicitatem.

INter cætera fluctuantis æui mala, vir eximiarum laudum præconio dignissime, Illud Principem obtinere locum cóperio, quod nefastis notis, omineq; sinistro PAVPERTAS appellatur. Hæc enim insontes plerumq; reddit sontes, Nobiles facit degeneres, veraces culpat esse mendaces, Doctos notat esse fatuos, prudentes bullat amẽtes, generosos facit esosos, & vt vno tantũ verbo cuncta nectam, Pauperes Paupertas reddit infames. Pauper profecto suam non reperit Genesim; Inter nobiles non apparet. Cum proceribus partem non habet Cum eruditis, doctissimus licet non computatur, Tametsi alter Salomon, (modo pauper) Inter sterquilinia suam cogitur locare sedem. Pauper à publicis arctatur officijs. à communibus expellitur cautis, à forensibus arcetur functionibus. Pauper sẽper eget, semper luget, & mæret, Numquam pane recreatur; à labore liberatur; à seruitute separatur. Pauper semper vapulat loris, edit panem doloris, sentit iugum laboris. Pauper est sẽper inegestate, numquam in vbertate semper in humilitate. Pauper semper plorat, semper laborat, semper oculos lacrymis irrorat. Pauper numquam est lætus; apud eum semper est fletus, semper luctus, quia pauper derelictus. Pauper diuites parentes de mortuos reperire non potest, vnde qui pauper est, sæpissimè cum nothis computatur. Et si Princeps, Rex, Imperator, Monarcha, ac Pontifex Maximus Paupertate plectantur. Inter infelices cõputentur, necesse est. Infelix ergo flagellum paupertas; Tametsi alta summitas, quæ licet meis in latibus latè spatietur; Tamen me nequaquam sanctitate olentem reperit, At vero culpis innumeris sanè fædatum atq; contaminatum Qua propter hac paupertatis egestate percussus, maiora opera prælo mihi danda in paupertatis angulo sileant oportebit, Plura siquidem edidi latina Poemata, quæ quadragesimum quartum excedunt numerum. Interque ingentia spectari possunt, sed tamen hac paupertate arctatus (ita profecto volente Deo) horum operum vel pauca exilia, vt hoc spectare potes, quod tibi Viro optimo, ascribitur, deditur, nuncupatur, sacratur in lucem prodire, præloq; mandare volui. Accipe ergo fidelis, familiarisq; amicitiæ monimentum, amicum; amici opusculum, amice complectere atq; vt assoles mei, vt amas ama, & vale Datum Neapoli Kalendis Maij anno CIↃIↃC.XXXIV.

Dulces fonticuli, perennulique
Manantes Domini que vindicisque
E nostri lateris, quod hasta nuper
Perforauit acuta cum furore
Exenterauit carnem cum cruore.



Mixto fluxerat vnda. Vos sacratos
Fontes vos peto sordibus lauari
Conceptis cupiens, lacuque vestro
Toto corpore mergar, abluarque
Dulces fonticuli perennulique.

CHRISTVS SANGVINE SVDANS.

LIBER PRIMVS.

Ardua si celso posuit sub vertice Virtus
Culmen, & educti habitat fastigia tectis
Difficili persæpe Virûm sudata labore,
Nec potis æstiuos tardare canicula cursus
Nec potis hybernis torpet q. Mōtibus algor
Veloces retinere pedes, sed celsius itur
Semper, & aurati superatur culmen olympi.
Nec tantū gelidis patimur frigere pruinis
Et niueis algere iugis, sed sæpius æstu
In medio, cū terra siti petit ætheris imbres
Mitior, & siccos exhalat in æthera succos,
Peneq. visceribus suspiria fundit anhelis,
Nō metus excelsū prohibet cōscēdere mōtē
Quāuis e lasso crebrescat anhelitus ore,
Raraq. mellifluo labantur flumina cursu,
Sed celsā lubet ire viam, quo cādida virtus
Ducit, & attritos subsignat limite calles.
Quin etiā passi Phœbeæ incendia flammæ

Vrimur,& noſtris geminãtur faucib' ęſtus,
Noſtraq. ſublimi tollentes lumina cliuo
Sęper anhelãtes duplicamus tramite curſus.
Sic quõdã ramoſus abit nemora oĩa ceruus
Aut, vbi lęthalis lateri ſubfixa ſagitta
Hęret, & Idęis dictamum exquirit in oris,
Aut vbi quęſitas hauſturus anhelior vndas
Gaudet ad optatos velox excurrere fontes.
At nos, Pyerides,fuerit quæ cauſſa morãdi?
An pudet æſtiuo ſudare cacumina calle
Percutiat feſſos vt creber anhelitus artus?
Sed tamen en celſo ſubſiſtens vertice virtus
Inuitat,ſpondetq. ſuas venientibus vmbras.
Illicet ſocia gaudens Virtute triumphat
Chriſtus, & aſsiduo recreans ſudore, fluẽti
Mortales ꝑmulcet aqua,nec purpura honorẽ
Denegat, at roſeo velatur murice corpus.
En Sacra ſublimes oſtẽdit Golgotha colles,
Sydereo ſignata pedi, quo plurimus exit
Floſculus,& blãdo depingẽs murice frõdes
Allicit æthereas manib' decerpe Nymphas.
Illic purpureis variata coloribus herba
Ridet,& innumeras expãdit Terra figuras.
Nõ ſecus,ac bibula,ſi quãdo in nube refulſit
Arcus,

Arcus, & aurato cælum ſtellamine pinxit
Multi color varios aduerſo ſole colores
Ducit,& ambito radiat Thaumantias orbe.
Quin et roſeis diſtinctum floribus hortum
Ingreſsi, æthereo ſignatos ſanguine flores
Plurimus innumeris dũ ſudor defluit vndis,
Carpamus, vario miſcentes flore crollam.
Atq. vbi faſciculum roſeo confeceris orbe
Muſa tibi, variaſq. legens ornaueris herbas
In tua tutanti de condas pectora dextra.
Et iuuet æthereo nares è floris odore
Mulcere,& charũ complectier vbere donũ.
Interea medio ſudantẽ en cernimus horto.
En ſalſus liquor, en lõgus de corpore ſudor
Labitur, & mixto diſtillat flumine ſanguis.
Iam iuuet effuſos gremio legiſſe cruores
Sanguineaſq. notas, ac purpureos ſudores.
Fictilis excipiat ſtillantes vrnula rores,
Vndaq. ſudatis quæ manat gẽmea mẽbris.
Et cadit in virides rutilans; argentea flores.
Vnde rubent tellere Roſæ, ſumitq. colorem
Iris tergeminis imitata coloribus arcum
Atq. ſoporiferas latura papauera vires.
Et bene purpureo rutilãt ſplẽdore ſmaragdi

Sanguine diuina paſsim de fronte fluente
Exhilarat veluti, miſcetq. topatius ignem
Flãmivomo virides nõ cõcolor ore ſmarag-
At tu,qui vernis ſecedis ſedulus hortis(dos.
Inter purpureis viridaria lutea gemmis
Veris Vbi ſubridet honos, & mollior aura
Explicat aurato ſpubentes vertice flores,
An tibi delicias viridanti quæris in horto
Molliaq. in placidos traducẽs otia luſus
Fallis ſponte diem,qualem te cõmoda vitæ
Sectãtẽvirides memorãt Epicure per hortos
Traduxiſſe dies,& molli tempora cultu?
Aſt video ſudore tuos elabier artus
Sanguinis & toto prodire e corpore guttas
Decurrẽtis humi.quæ culmina celſa fatigas
Aſsiduo ſudore fluens, tu lentus in horto
Exudas ? anne arua tua recolenda ligone
Ruſticus exerces, & findis vemere terram?
Quis te mutauit tantus labor ? vndiq. riui
Decurrere vagi,iam toto è corpore ſanguis
Labitur,& triſtem ſudãtia flumina frontem
Circundant,ſtilletq. ſuus ſudoribus humor,
Qualia dant longos ſudantia ſaxa liquores
Aut vbi compoſitis educta canalibus vnda
De-

Defluit, & leni crepitat iucunda susurro
Cōstillare solum, modicasq. emittere guttas
Sic è marmoreis guttas stillare columnis
Cernimus, assiduis aut antra scatentia riuis
Vnde fluit late latebroso è pumice viuus
Humor, & in leues elapsus murmure Petras
Inuitat blando languentia membra sopori.
Nec minus antiqua quōdā Mēphite solutos
Isacidū populos Hebræus ductor agebat
Lucida cui nitidæ radiabant cornua fronti
Qui lituos, interq. tubas acceperat alto
Iura iugo, medio in nemore, infelicibus oris
Quo lucus nullis arebat frondibus ater.
Omnia sed nullis sitiebant arua pruinis,
Ah quoties, media, nemoroso calle sequētes
Defecere via, quoties sitis acris anhelas
Obsedit fauces morientum, vndasq. petētū
Hæsit & in medio vox interclusa palato!
Ah quoties vīculū antiquū, & Mēphitis acer
Optauere iugū quid nos è Regis iniqui (bū
Seruitio rapis, vt peiora ad tecta reducas (ses
En morimur. Sitis vrget agēs. en optime Mo
Sternimur ī cāpis īhumata, miserrima verba
Indomitis data prēda feris, turbæq. volucrū.

Talibus orabant., cũ celſo in mõte Tonãtẽ
Alloquitur fulua mortalem nube tuentem
Legifer, atq. iugo deſcendẽs Mõtis ab alto,
Ipſe manu magna bis ſaxu immobile virga
Percuſſit, virgæ bis reſtitit horrida cautes.
Et gemuit ſtridore ſilex percuſſaq. tandem
Saxa crepant, Moſeſq; iacit, laticẽq; fluentem
Elicit, ecce iugo cliuoſi tramitis vnda
Labitur, atq. cadens arentia temperat ora.
Quiſq. bibit, terrãq. effuſo flumine labris.
Aſpiceres Montẽ ſudare humore cauata.
Atq. inſperato ſtillantia ſaxa liquore.
An talis tu Chriſte? Petra ĩmortalis,& vndã
Elicis, & frontẽ ſudas humore cruentam?
En tua ſanguineos ſudantia corpora riuos
Emittunt latices, en frons ſudore liqueſcit.
Credo eqdẽ.& talis vitreo liquor abdit' orbe
Liquitur,& calidos exudat feruidus vndas.
En tua pectoribus viuens præcordia fornax
Paſcitur,& totas eſt mollis flãma medullas?
Non ſic Aetnæis ardent incendia campis,
Non Lypare ſic alta calet, ſic alta Dicarchi
Culmina, ſic magna Inarime ſuppoſta Typhęo,

Sic, reor, & calidus prodit de pectore sudor
Mixtaq. testatur candens incendia sanguis.
Et iam tempus erit, cũ viuida flãma vigorẽ
Perdiderit, stygiasq. ieris spoliator ad ũbras
Cũ tibi flammatum latro furatus Amorem
Subdolus extremis incendia senserit horis,
Cũ tua transfigens ferro latera ardua miles
In vna præduro torquebit corda lacerto
Cuspide connixus vibratũ hastile rigente.
Stabit & illa tremẽs vtero trãsmissa recusso
Tũ latere è sacro prodibit largior imber
Sãguinis, & mixto vaga purpuret ũda cruores
Non secus, ac rubro rutilant crystalla Gæeo
Et nitet è Bacchi translucida gẽma liquore.
Tũ simul extrema moriens testaberis hora
Pectore fouisti quem late accẽsus, amorem
Nã qs tãtus Amor, q̃ tãta ĩmensa voluptas
Sãguinis effũdendi aderat? Vix lumina cęlo
Sustuleras, vix te nascentem octaua Puellũ
Viderat in terra roseis Aurora quadrigis
Dũ gauderet hum' tenero reptata Tonãti,
Cum vis spõte Puer roseos effundere rores,
Atq. Sacerdotis paterã conspergis & aurũ.
En nunc in viridi recubans tristissim' horto

Quos fluuios, quos ire lac⁹, quos ũdiq. niues
Efficis, admixtoq. rubescere sãguine flores.
Plenaq. odorato stillant opobalsama ligno
Iudęis quæsita plagis, & olentia Myrrhæ
Gramina. Sic cælo leuior ros sudat ab alto
In folijs, q carpit Apis, quod dedala ducens
Hyblæas complet diuino nectare cellas,
Nec minus æthereos cælestia munera rores
Cõcretosq. ĩbres, vt Hymettia dona putares
Multiplici in folijs exudans manna sapore.
Talia iucundis exudant Sacchara cannis.
Talia populeæ sudant electra pruinæ,
Quæ qdã Hæliadũ lachrymæ fecere ꝓfusę.
Talia syderei stillantia corpora Regis
Sanguineo sudore fluunt, quæ plurim⁹ ãbit
Humor, & in totos murex effunditur artus.
Et cadit in molles ostrũ rutilantius herbas,
Canaq. purpureis pinguntur lilia riuis
Tergemino radiata Croco. duxere colorem
Pallentes violæ. Vaccinia nigra ruborem.
Et ferruginei late rubuere Hyacinthi.
Grãdior & tumido surgens è palmite gẽma
Crescit, vt apricis mox collibus vua colorẽ
Ducat, & insuetos mirentur vina triũphos?

At tu, quisquis ades, medio qui solis in æstu
Dũ sitiunt herbæ, dũ gratior vmbra colonis
Acrior & miseris feruet messoribus æstas
Exuperas sublime iugum, seu grandia saxa
Et duro vincis lapidosos tramite cliuos
Si quatit errantis iam maior anhelitus ora
Si sudor fluit, & manant è corpore riui
Salsaq. iam malas inspergit gutta madẽtes
Hospes iter nũc siste tuũ.te flumina frontis
Inuitant sudata sacræ. tibi largior imber
Effluit, & manant maiores corpore riui.
Quis maior toto aut similis fuit orbe viator,
Sudor?ã illachrymat tẽplis ebur, ęraq.sudat?
An relegit portãda animo subeũda?venit crux.
Ante oculos, mẽtẽq. viri. Sese horridus obfert.
Clauus, & indignam meditatur Terra coronã.
Iam videt aduentare hostẽ, faculasq melignas
Per noctem fulgere. nitent clypeiq. sudesq.
Fustesq. strepitusq. & ferro lucida tela.
Scilicet & manibus mitis post terga reuinctis
Ibit, & adiecta delusus arundine, crines
Aspiciet horrere sacros, & tempora dumis.
Nusquam terra rosas ostẽdit, et arbuta passim,
Nusquam cana bibunt riguum violaria fõtem

Omnia sunt spinis, horrentibus obsita durius
Omnia, & in placidum coniurant oĩa Regẽ?
Nec satis, en alto properat sacer ales olympo
Excutiens clangore alas, & nubila tranans
Pocula loturis & nunciat atra labellis.
Ah cur non placido solaris numine Regem
Aliger, ast alto dolor additur ecce dolori.
Cur nõ plectra lyrę resonantia tangis eburnæ
Tu ne corruscanti nascenti exercitus ala
Ad fueras, cantusq. dabas, & plectra mouebas?
Et tua Bettlemiæ sonuerunt carmina valles?
Ah qđ nūc mæstis resonat clamoribus hortus
Et meus exudans madefacta fronte cruorem
Iam Dñs procũbit humi, procũbit humi. Rex.
Et cadit in molles cælestis purpura flores.
Felices flores. non vos, aut fabula lædet
Mendaces fingens Aiacis inire cruores
Nõ croc⁹ auricomãs, aut sãguine pict⁹ Adonis
Et puer inscriptis referens iam floribus hya
In mæstis Hyacinth⁹ agris, & flumine lusus
In vitreis Narcisus aqs. vos sãguine Rector
Cælicolum, Rector diuino murice pingit.
Lutea luteolos mutauit calta colores
Mutauere decus victę data purpura campo

Pingitur, & raro pinguntur vellera ſucco.
Ipſe ſed in pratis Aries nunc ſuaue rubenti
Murice, nunc almo mutabit vellera luto.
Huc age purpureo florum gauiſa maniplo
Sponſa reni. decerpe roſas,& mollia finge
Serta comis, formoſa comas, & lilia blanda
Carpe manu,miſceq. crocum,violaſq.rubentes
Albaq. non vno fragrantia flore liguſtra.
Et ſi purpureos miraberis vndiq. flores
Quidqd humus retinet felix, & purpureũ ver
Spirat hyans, additq. ſuos natura colores
Aſpicies media tellure rubeſcere totum.
Da lachrymas,& iũge tuos ſpõſa inclyta rores
Scilicet ę ſponſi nunc fiunt ſanguine flores.
Et ſtat purpureis mutata coloribus herba
Carpe tamen, ſertumq.para.iuuet arma videre
Coniugis effuſis iam facta rubentia venis.
Scilicet,hic terrã tu fauce amplexus amhelo
Lãbis Chriſte cadens. ah quot tũ terra colores
Sũpſit,& hęc Domino tũ procũbẽre locuta eſt,
Tu ne cades procũbis humi?tu ne oſcula terrę
Figis in herboſo recidẽs exanguior horto?
Ah facies hęc illa, nitenti lucida ſole
Cuius inexhauſto Phębęum lumine lumen

Lucet,

Lucet,& è celſo radios iaculatur olympo?
Cur nũc procũbit? quater,ò,quater arua beata
Sydereis amplexa genis,hæc dexrera,quę nũc
Langueſcit moriens, olim mare,ſydera, cęlum
Finxit, & ingentum fontes librauit aquarum?
Quid languens cadis,& molli fulciris in herba
Et tua purpureus ſubſignet floſculus ora:
Sic vbi præcipiti pluuia, ventoq. grauantur
Demiſere caput labente papauera flore.
Sic Roſa, quam ſæuo perflauit turbine ventus
Decidit, & terræ poſito langueſcit amictu.
Sic quos errando calcauit bucula flores
Purpureo.cecidere ſolo.ſed frons tua longo
Inficiens ſudore genas, & ſanguine manans
Tingit honorato formoſius arua colore.
Non ſecus ac pluuia variatur ab iride nube
Rorida, quæ radijs Phæbei aduerſa caloris
Pręniret,& multos trahit ambitioſa calores,
Tu cadis,& roſeo pertingis ſanguine flores,
Arua rigas riuis, velut tum candida nubes
Soluitur in pluuiã, vel tum iam torridus æſtu
Meſſor ab annoſa quęrit ſibi frigora quercu
Et ſitiunt herbę, ſi cęlo lapſa ſereno
In terras pluuia arentes iam tẽperet agros,
Gra-

Gramina purpureos sumūt rediuiua colores,
Altior elapsis redimitur frondibus arbos,
Et vestit syluas coma frondea, Populus ambit
Flumina, & alterno quatiūtur flumine frōdes,
Talis ego arebam,tu me nūc pingis,& herbas
Purpureo sudore notas, & murice flores.
Arua nitent. redit æterni iam Gratia veris,
Dum terram tu lapse foues,animaq. creante
Progignis Flores, melius quam prata Fauoni
Flamina,quā zephyri vis alma tepētibus auris.
Tu me Magne foues.varijs tu sedule mūdums
Temporibus varias, varijs & diuidis horis.
Per te purpureo flores ego Vere peremnes
Explico, distinctas varijsq. coloribus herbas.
Per te cana Ceres cingit sua tempora spicis
Dum legitur seges, & longo sonat area pulsu.
Tu simul è Cœlo pluuiam largiris & imbres
Temperet æstiuos vt tempestiuus hiulcos
Humor agros.tu ducis aquas.tu flumina venis
Das Errarē meis, & salsos ponere succos,
Vnde cauo recidens riuus de vertice Montis
Roscidus è scatebris arentia temperat arua.
Tu Bacchi largiris opes, tu rosida poma,
Seu quę de grauido matura cydonia ramo
Pen-

Pendent,seu roseis gratissima Punica gemmis.
Te duce iam segetes lætantur frugibus, & iam
Accipit apricis in collibus vua colorem.
Per te stricta solo Boreæ sum frigore turpi
Vt condam frumenta sinu.tu fulmine Montes
Percutis, & summa substernis cuncta ruina.
Sed quid tu nostris iteras nunc basia campis
Procumbens,interq.rubentes volueris herbas?
Stant circum longa irriguo viridaria fonte,
Et bibuli flores, & gaudent intyba riuis,
Pluraq. Pæstano florere rosaria cantu
Cernuntur, sanguis natiuum prouocat ostrũ.
Ipsaq. pallescunt medijs violaria pratis
Idalijs discreta rosis, & virgine caltha.
Illaq. iam mæstum geminant pallore colorem
Dum pallet, sudatq. suos Rex anxius artus.
Hic casiam fer terra,crocũ cum Smilace gignit
Mixtaq. ridenti Colocasia pubet Achanto.
Herbaq. per gyrum Solemq. spectat amantem
Tortilis & tenues prætexit Amaracus vmbras
Et bona basilice, & prati rediuiua voluptas
Iris, & optatos quæ Menta exhalat odores
Non alio tandem florum discrimine ridet
Hortulus,auratum quã gemmis littus erythræ
Pro-

Puraue distinctis Cythereia concha lapillis
Cum niueas baccas, & lecta corallia nudat.
Iris, & in quantos sinuatur pulchra colores.
Hic varij flores, immortales amaranthi
Et tristes Hyacinthi. Narcisi, Violæq.
Omnes sydereo pinguntur sanguine, quē tu
Fronte iacis sudans, dū me cōplexe iugata
Cōcidis ob thalamū,&gremio rapis oscula nrō
At vos æthereo variati murice flores
In quos lāguiduli cecidit vaga Purpura Regis
Et bene sanguineo stillatis rore tenelli
Sydereum fulcite ducem, fulcite cadentem
Mixtaq. odorata sint indica balsama Nardo.
Talibus orauit Tellus, & Regis amati
Oscula libauit pauitans, malasq. cupitas,
Charaq. purpureas submisit ad oscula flores.
Interea męstis resinat dum numen in agris
Tota re percussis iteratur vocibus echo
Crebraq. subductę responsant nomina Valles.
Visaq. dum saxis offensa resultat imago,
Vicinusq. horto respondet collis amæno
Vox tales audirè modos, & reddere tales,
Quid lāgues? ANGVES stygios īterficis āgues.
Cur tamen è venis sudor dilabitur? ITVR.

Itur

Itur in excelsũ? CELSVM quā ꝑndis & arcem
Hostis discordis? CORDIS. cor sume tuũ ē. EST.
Ad te vox nostri resonet clamoris. AMORIS.
Detur & ore cibus supero lemiesus. IESVS

LIBER SECVNDVS.

SÆpe labans nostræ steterat sententia menti,
An Deus æthereis traduceret otia regnis
Sydereos inter tractus, sedesq. Pyropo
Ardentes, fluerentq. data mortalia lege
Nec vellet facilis curare Potentia terras,
Sic semper sine lege, alios super astra locatos
Aspicimus florere malos, quiq. ardua magnæ
Semina virtutis sequitur, quo maxima ducit
Difficili lustrata virum sapientia gressu,
Serpere humi, nec posse caput, nec tollere frōtē
Ast vbi formosæ mirabar bracchia Terræ,
Frigiferos & vere sinus florumq. maniplos
Atq. coruscantis florentia sydera campi
Arboreū pubere genus, Fontesq. perennes
Fertilibus manare solis, data iura fluentis
Partibus & totum dimensum quattuor annū,
In se qui sua per vestigia voluitur, & iam

Idem

Idē semper agēs homines rapit, abstulit rursus
Vt semper calidis sit, feruida solibus æstas
Semper vere solum viridi decoretur amictu
Poma det Autūn' mox Bruma nouissima cōdēs
Semina, in interna perstringat frigore terra.
Vt mare pręscripta fluctus sibi lege tumentes
Vrgeat, illisaq. reuersum sistat arena,
Seu spatium cęli per inane volatile vulgus
Remigio alarum nubes secet, vtq. marinæ
Fluctibus exiliant Fulicæ, genera omnia gētis
Squamigerę, Phocasq. & fluctiuagas Balenas,
Hęc dum voluebam, certo distincta tenore
Artificem monstrabat opus cęliq. Tonantem
Omnia complexus in patrio de more tueri
Ire illum cernebā, implentē & cuncta tenētem
Per terras, tractusq maris, cęlumq. profundum
Mortalesq. comas, annosasq. agnoscere crines
Nec vaga populeos impelleret aura fragores
Nec foliū zephyrus, virgulta nec vlla moueret
Nec centro saxum, nec sursum tenderet Ignis
Ni vellet, propriosq. daret per singula motus.
At cum Mortalis nossem compendia vitę,
Et Iuuenes grandesq. senes, & ab vbere raptos
Materno pueros fatum exitiale subire,

Immortale genus de carcere corporis arcto?
Soluier & aspiciebam, aliaq. in sede locari.
Sunt geminæ generi sedes, quarũ vna corusca
Semper luce nitens, & eburnea; ianua ducit
Berillis radiata neruis, cui Margara postes
Obsidet, & fuluo collucet limen ab auro
Nunc aditus iustis patet. hac immittitur astris
Immortale genus, superũ quo visit olympum.
Altera perpetuæ semper caligine mortis
Tecta, Acheronteis nimium profusa fluentis
Non vbi tetra iacet, noctisq. misErrima proles
Informes furiæ, laniataq. crine Megera
Et fortuna ruens: & ineluctabile fatum,
Huc via Tartarei: iã fert Acherontis ad vndã
Hic miseros deflere viuos. hic commoda vitæ
Stant execrantes, & sera nocte dolentes.
Sic maiora merent superis, ac maxima regnit.
Quis neget, at summo mortalia cernere cælo
Humanumq. genus, qui condidit omnia, Regẽ.
Ille opifex tantorũ operũ, quæcũq. mouentur,
Et quæcũq. vides, nihil indigus omnia finxit.
Qui tantũ meditatus opus, cũ pignore, quod iã
Omnipotens genuit, simulq. eduxit Amore
Ante chaos, lunæq. globum. Titaneaq. astra

Vt

Vt genus humanũ ſuper omnia celſa locaret.
Ille tibi proprio libratam pondere terram
Subdidit. hæc homines orientes excipit, ortos
Educat, & gremio moriẽtes amplectitur almo,
Cum Senior, cui vita nocet, quatit oſtia terræ
Pulſantur baculo, & genitrix me ſuſcipe, dicit,
Hæc eadem argenti riuos, auriq. metalla
Ferrumq. ſtamnũq. & procreat increpitans æs.
Hęc ſtirpes, herbaſq. ſinu largitur olentes
Nutritura genus. mox vaſti bracchia Ponti
Et circumfuſas Nerei turgentis arenas
Impoſuit; legemq. dedit, dedit oſtia, Notis
Hos fines excede tuos mare. littora lãbe (phas
In tua mox tumidas ſed mẽbra recollige lym-
Hic homini dat dona. mari naſcantur innato
Flumina, quę campos late ſpatiantur apertos
Quę plantas, herbaſq. rigat, & frangere ſaxo
Attritam Cererẽ diſcunt, quęq. alta metallum
Fonte trahunt, aurũq. bibunt, gẽmaſq. nitentes
Hinc etiam firmis coniungitur inſula terris
Nauigijs ſulcata nouis; hinc littora cuncta
Nouimus, auguſtis vix nota prioribus arua
Herculeaſq. recens ſuperauit cymba colũnas.
Quid referã tepidos ĩbres, qb' aucta madeſcis

Terra parens frugesq. parit,floresq.perennes,
Euehit oceano sol ad conuexa vapores,
Qui modo cōcrescūt in nubē hīc rorida nubes
Soluitur in pluuiam, atq. arentia tēperat arua
Quo se prçterea pennis agitabilis aèr
Hospitiū cōmune auium?quo viuimus,& quo
Respiramus adhuc iucundę munera vitæ,
Tu quoq. supremis ardens regionibus Ignis,
Vnde hominū gen',& pecudū,qb' ignea origo ē
Qui supera regione, altisq. reponeris astris
O nimium vicine Deo, qui maximus ardet,
Quæ vero in vastis degunt animalia terris,
Seu quæ frōdosos nemorum tenuere recessus
Quæq. venenato petijt venator ab arcu,
Quæq. vdis nascuntur aquis,quæq. aère viuūt
Omnia subiecit, quis nomina fecit Adamus,
Quem propria finxitq. manu,mediūq. locauit
Aereo in nemore, & felicis graminis horto,
Et dixit.cape iura,tuo pede contere quicquid
Orbe vides. tibi cuncta iacent obnoxia,sed sic
Hoc vnum inuitet fatali ex arbore pomum,
Hinc ignota tibi veniet Mors.hinc genus ōne
Morborum.sed quid damnata licentia semper
Allicis, & vetito irritas ? delusa colubro,

poma

Poma capit mulier, Vir & excipit. hīc venit alto
Aliger, & gladio ſtat formidandus & igne
Expellitq. Viros. profugos, latebraſq. petentes
Aſpiceres, partes nudatos fronde pudendas.
Tūc acies morborū homini tū luctus apertus,
Tum fortuna venit, nec conſolabile fatum,
Ipſe autem, ceu qui continet omnia nutu,
Dilectus genitor, venturum ſpondet ab alto
Auxilium. legemq. dedit. lituiſq. ſonoq.
Montibus excelſis. & ſacro ardebat amore
Compellare Viros, ſummo. educere cælo.
Signabatq. polo certas de more, figuras.
Sed quid ad huc? venit tandē labētibus annis
Victus Amore. ſinu collectus Virginis arcto
Clauditur, & naſcens mortalis venit ad oras
Inter apertum antrum, cunctiſq. patentia tecto
Et ſuus exceſo ſonuit vagitus in antro.
Creſcebat; ſummi faciebat ſigna Parentis,
Nec tñ abſtinuit, nec Amor cōtētus amāte eſt.
Et maiora manēt. hominū, quos ponat, vt aſtris
Induitur ſcelus, & Mortē perpeſſus acerbā eſt.
Tantæ molis erat humanam condere gentem,
At, tu iam dudum ſtygijs erepte lacunis
Aſpice mortalis: viridi ſudauit in horto
Conditor. & madida fluxerunt flumina fronte

Sāguineis per mixta notis,ceu Balsama Nardo
Mixta fluunt,coctusue,liquor,ceu Popul⁹ aure
Electrū, Montesq. cauos, quos excauat humi
Aut è marmorea stillat cum gutta columna.
Aspice sydereo rubefactos sanguine flores.
Explicet vt virides iā purpura verna smaragdos
Et nunc veris honos. terrę nunc arua solutę
In flores abeunt nunc omnis parturit arbor,
Et iuuat ornatos inuisere floribus hortos
At turpe in medijs exudat languidus hortis
Conditor,& scelera, & tacitus vētura repēdit.
Non O delicias dant mollia gramina,non ò
Purpurei flores, non allicit aurea Tellus
Assiduo sudore fluis, tibi sanguis & vnda
Fronte exit,fontemq. facit. tua riuulus ora
Irrigat, & malas persulcat flumen hiulcas,
At vos ò socij quid alit sopor ? ite sopores.
Ite procul? venit hostis, adest, ardentiq. tela
Fustesq. clypeosq. & inania fulgura cerno,
Ad verbum prostrata cadit gens,iāq.volentem
Accipiunt, & fune ligant, non inscia turba
Hunc ligat. æterno vincitur victus amore.
Ducitur huc illuc, pila concita turbine qualis
Agmina quā torquent mirata volubile buxū
Illusq.

Illiusq. dant ſceptra duci cannamq. paluſtrem
Longaq. deriſum conueſtit Purpura Regem.
Damnatur flagris. niuei dat membra columna
Centenis ſudata Viris, quę liuida pallent
Nec iã hominis facies, ſed lucis honore carẽtis
Palleſcit facies. liuentia membra cruorem
Effundunt tetro marcente fluentia tabo.
O vos, qui per humũ, per aquas trãſitis iniquas
Per iuga, per montes, ꝑ ſaxa horrenda, ꝑ ignes
Ecce. videte. dolor ſimilis ſi regnat in orbe.
Liueſcit totus, totuſq. expalluit artus
Rex hominũ, latrantq. canes, atq. vlcera lãbũt
Vlcera ſydereo dudum patefacta cruore
Tu ne, Poli fabricator? Amor tibi talia reddit?
Hę ne man' finxere orbẽ? hęc & terga, religãt
Atlantis fulcire humeri? nix candida fugit
Liuor adeſt. plagoſus adeſt denteſq. labaſcunt
Ipſaq. Fędatos horreſcit veſtis amictus.
At tu gens effręna ſitis. ſatiare cruore.
Effudit totum. fundat cum ſanguine vitam?
En homo. tot' homo. nuſq̃ De'. en ſacra mẽbra
Membra cruentatis nimium liuentia flagris.
Terga trabẽ excipiũt. clamat caua buccina sõtẽ
Concurrunt Matres, pueri, innuptęq. puellæ.

 Effuſęq.

Effusæq. comas, plangentes pectora palmis
Detestantur Iudæos, plebisq. furores,
At ne flete Deum. vestram sed flete ruinam.
Excidium deflete. ruet de culmine Tellus,
Ibit & incinerem, & tenues resoluta fauillas
Totaq. Romano vastentur mænia ferro.
Interea sudasq. via vestesq. plicantur,
Et procumbis humi, cape Cyrenęe grauatum
Regis onus. tu maior Atlas. cape ligna Tonãtis?
Excepisse iuuat. iam celso in monte locatur
Trabs informis, atrox, cæloq. educere certãt,
Effodiunt tellurem, Erebi tremuere cauernæ,
Tartarei tremuere lacus. dis ipse pauescit.
Quis moritur? num nata salus. erũpit ab Orco?
Cum facibus, telisq. & tartareis flagellis.
Inquit, si Deus es, descende è stipite. Sed non
Descendit Deus, aut de stipite venit amato,
Et iam iãq. Deum vocat, atq. nouissima fundit.
Verba. perit, caput vmbrosis sol abdit in antris.
Inuoluens vmbra magnas terramq. Polumq.
Luctificus, nigraq. notans ferrugine currus.
Lunaq. pallescit faciem signata cruentam
Ducunt inferias extincto sydera Regi.
Apparẽt monumẽta procul. tremit excita tell^{9}

Totaq.

Totaq. compactã dimouit machina molem,
Abſciſſęq. petrę. mouere cucumina montes.
Luctus vbiq. pauor,& plurima Mortis imago.
Tu quoq. tu cælo regnans ſub ſydere verno
Infelix Aries, Aries dum ceditur aris.
Occidis, æſtiuo præbens tua terga leoni.
En trabe confixus, clauiſq. affixus acutis
Spinea ſerta gerens, fædatus ſanguine crines
Regnator ſuperũ. lachrymarũ effundite riuos
Scilicet hoc ſolio nunc ſceptra capeſſit in alto
Hic dat iura. Vocat gentem. largitur aperta
Brachia,& effoſſam latere exundante cauernã.
Huc ades ò collum varians formoſa columba
His ſpecubus ſecura veni. iam garrula turtur;
Iam paſſęr. gemini fontes labuntur in antro
Pelle ſitim.fluit vnda,cruor fluit.hoc age pēnas
Murice pinge tuas, cæloq. ſuperbior ibis.
At tu Virgo foues nequicq̃ amplexa cruentã
Erectam ſub Monte trabem. Matremq.relictã
Mutatamq.vides.iam iam mea pectora mucro
Trãfixit Symeon. en ſaucia.quo mea mẽs eſt.
Natus vbi? celſo quem raptũ è ſtipire, cum iã
Impoſuit gremio, viditq. exangue cadauer.
Hunc ego te nate aſpicio? tunc ille Dei menſę

Tu requies Matris: sed nomen inane Parentis
Est mihi, sum tristis. Desolatissima Mater.
Non oculos produxi, aut tristia funera vidi
Non tua iam tabo manantia vulnera laui
Veste tegens, ah quam noctes festina, diesq.
Vrgebam, & tela curas solabar inanes?
Tu natus meus es? candor, decens ōe recessit,
Pallor inest. languor tibi sęuior. hoc mihi de te
Nate refers? sunt hęc ne man⁹. sūt hęc ne labia
Quæ sepe afflictæ fixerunt oscula Matri,
Nunc & felle madent, & poclo Mortis amaræ.
Hinc pedes, facies hæc lucens syderis instar,
Hoc caput augustū quali diademate cinctum
Aspicio? quæ vis immanibus applicat armis:
Hinc oculi toto pellentes nubila cœlo
Pellentes nubes, tempestatesq. sonoras
Nunc tamen immiti clauduntur morte sepulti.
Siccine strate iaces mitis Deus, astraq. cœlo
Fulgetis, volucri nec machina solueris ictu
Auctori tantorū operum: tua mēbra sepulchro
Cōdamus, myrrhaq. breues spargam⁹ odores?
Te nec terra capit, cælumq. amplexus amictu
Non satis est. condere sinu mirabile pondus.
At vos qd fremitis? quid custodire sepulchrū
Vultis,

Vultis, & insanas obsidere milite cautes?
Figitis me, si qua est Pietas, in me omnia tela
Conijcite ò gētes. me tandem absumite ferro.
Aut tu magne Pater geniti miserere, tuumq.
Inuisum hoc detrude caput sub tartara tela.
Vt cum nato obeam. cum nato gaudia, qtam.
At vos ò comites Matrem fulcite cadentem
Floribus. en lāguet. date mala. exurge Parēs iā
Exurget natus, tumuloq. videbis ouantem
Ducere tartareo captos ex hoste triumphos.

LATRO PENDENS.

LIBER TERTIVS.

LAtronem furatur Amor, cui subdola tendit
Spicula, quē clausum cōcludit retib' arctis,
Non aliter, quā frondiferas fera sæua per oras
Venatoris equo, canibusq. obsessa molossis
Sperat abire fuga, solitasq. exquirere valles?
Aut positum medijs caput occultare latebris.
Inuia nulla fugæ patuit via. & vndiq. colles
Inclusit caui. casses adit. & fera iam
Tradere victrici dignatur colla cathenæ

Vidi-

Vidimus & sæuos homini parere leones
Lambereq. arrecta Domini vestigia cauda
Quos nullus venator agens, non spicula fixa
Non centum domuere feræ. patiensq. lupatis
Flexit ad alta viam ducto capitolia curru.
Talis erat latro, talem se sępe ferebat
Gaudens cæde virum, sparsoq. immane cruore
Non illum Populi fasces, non iura Quiritum
Non iam iustitiæ rigidæ flexere secures,
Nullũ mente Deũ coluit. nunc ecce reuinctus
Arboris in trunco. nulla ē fuga. specula cæcus
Figit Amor. pendens pendentē affatur alũnũ,
Et mulcet curas, melioraq. spondet olympo,
Sed quid ego? latro cæcum furatus amorē est
Iam doctus patrare dolos, & tenderę sæpe
Insidias. moriensq. Dei furatus honorem est.
Viderat imbellem, celsoq. exanguia trunco
Membra, tenebrosis & cęlũ inuoluier vmbris.
Nox inqt, tenebręq. iuuant, rapere oĩa tempus
Furat⁹ sũ quippe homines. nũc furer olympũ.
Dixerat, & Domino pendenti his vocibus osus.
Tu ne poli dominator ades? nõ ne alt⁹ olympi
Regnator? poterisq. malos sentire dolores
Vt referes sublime poli cum lumine limen.

Et latus, & coſtas, & brachia pandis aperta.
Non tu tarthareas ibis fleturus ad vmbras
Nō ſtygias inhumatus aquas Amnemq ſęuerū
Aſpicies, ſed tarthareum ſpoliator Auernum
Contendes, diremq. domes, & colla cathenis
Libera contundes,& victor ad aſtra triumphes
Tercentum niueos agitabis in ęthere currus,
Cum tua iā ſurgens Regnator regna gubernas
Sceptra tenebis ouans, cęloq. inuectus aperto
Iura dabis, memor eſto mei. ſic dixerat,& cor
Surripuit. Deus æterno ſuccenſus amore
Hæc addit, tu latro altum furaris olympum.
Tu noſcis, mortemq. meam, ſæuoſq. dolores,
At mecum cęli teneas mox regna coruſci.
Nūc mecū ſtygias deſcēde parūper ad vmbras
Tarthareas innemus aquas,& tarthara frangā
Cōpellāq. malos petere ardua flumina manes.
Eripiam mox colla iugo, cęloq. locabo
Antiquos generis patres. ſic fatus amorem
Infudit, victuſq. Deo victore ſuperbit.
Quā tum docte ſapis latro. tā vincis Atlantis
Facundum genus. ipſo enim Cyllenius olim
E' collo pendens genitricis ſubdolos infans
Surripuit Phębo Pharetramq.arcuſq.loquenti.

Tu

Tu vero æthereo metuendum surripis arcum.
Regnator orbis, quib' & stygia antra pharetris
Debebas petere,& traducere fletibus æuum
Illius arma gerens, eloq. infixus eodem
Et trunco, & simili late spectabilis hasta
Tartareas euadis aquas, & regna corusco
Non vnquã penetrata diem non lãpade solis,
Luctus vbi,mærorq.sedet,quo languida tabes,
Et metus, & tristes posuere cubilia morbi.
Et iam pallentis te frigida cymba charontis
Vexerat, & glaucæ venientem obiecerat vluæ
Qua stygis atra pal' horret,qua murmura miscet
Ambustus Phlegeton, torrensq. incẽdia voluit
Obstupuit,lignũq. manu nouaq. arma ferentẽ
Queis stygij tremuère lares,& mota fragorem
Tartara, & vndosum strepitum ripęq. dedere.
Ecquis vit properat? nũc franget ahæna vobis
Limina? num proprio pellatur limine Pluton?
In sua terrificum torquebant ora flagellum
Eumenides posuere suis & crinibus angues,
Et pauet,& tremit infernis Dis sedibus anceps
At mox cum stygios venit spoliator ad amnes
Expulsor scelerum, cęlo inuecturus aperto
Antiquas genitorũ animas,quas tẽpore longo
Carcere

Carcere detinuit, cęcisq. coercuit vmbris
Tartarus, assiduaq. horrens caligine sedes.
Tollebant per opaca manus, certamq. salutem
Sperantes altas iactabant æthere voces.
Erepture veni stygij de carcere regni
Vmbrosa qui sede sedent, & limine Mortis
Huc ades, & cęlum reseres, & vincula differ.
Ros supera de nube veni. rumpe ardua cęli
Æterna conuexa sera. rumpe ęrea claustra
Æthereis, ad nostros melior descende penates
Aspice nos stygio miseros horrore dolentes,
Aspice, & è solio fige huc tua lumina celso.
Talia dicebant. noua cum lux sedit, & omnē
Impleuit splendore locum. noua lumina vidit
Tartarus, & claro patuerunt omnia soli.
Ex templo tremuere lacus, Amnesq. seueri
Eumenidum, fratresq. mali, dyręq. sorores.
Ipse pauet simul ante alios & frigore membra
Soluuntur Plutonis. ouans è Morte triumpho
Christ⁹ adest, portāq. quatit. quater ęra dedere
Ingentem sonitum. & positę sera restitit orę,
Ter fractę gemuere fores. ille horrida ligni
Arma petens, victorq. ardens & lumine claro
Ingreditur per opaca omnes fugere trementes

Abditaq. infandi petierunt contra ministri,
Sed nihil est, quod luce. nitēs non impleat ille
Celituum Titan. Ditemq. vt vidit inanem.
Imposuit pedibus mox stans super impia colla
Hæc ait. hanc collo miseram sentire cathenam
Perpetuo gemiture. dolos ne tendere possis
Humano generi. iam nusquā tarthara nusquā
Mentitiq. Dei, stygijq. potentia Regis.
Panduntur portæ cælo iuuat ire locabo
Mortales super astra. tuas teterrime sedes
Implebunt. vacuiq. relicta sedilia cæli,
Illi fulgenti sedes adamante coruscas
Rite colant, lucemq. polo tueantur in alto.
Tu vacua te te barathri iactabis in aula
Improbe. tu, bello quam desolate peristi
Imperium metire iacens, hic sceptra capesse
Regnator, stygis. hac animos, audacius effer.
Dixerat, & positis arctarat colla cathenis
Victor ouans, animasq, rapit. caua saxa fatiscūt
Emittuntq. Viros. iam clara in luce Parentes
Iussi abeunt, laudantq. ducem Regēq. salutāt.
Victor ades, Regnator ouas. tu tartara domas
Tu Dite, tu colla domas. tu ponis olympo
Felices animas longo misera agmina fetu.

Talibus

Talibus orantes veniunt palmasq. ferentes,
Eumenidum liquere lacus,& Tarthara læti
Quos inter latro superis veniebat in armis
Quem pulsurus erat speliat Ianitor orci
Ni iam diuulsum vidisset ab arbore lignum
Vitalis virgæ, tunc admirabile donum
Admirans, flectensq. genu, dedit ire latronem
Qui socios inter se cætu immiscuit almo
Regē pone sequens,& Principis ōnia lustrans,
Ast vbi syderei tetigit fastigia regni,
Porta vbi diuersis nitet intertexta Pyropis
Semper & aurato flāmarum ardore coruscat,
Quo nūquam callis patuit mortalibus, & qua
Lactea candenti late nitet orbita tractu
Aliger admirans venientibus agmina turmis
Obuius it supero Regi, Regemq. salutat
Authorē tantorū operum. strepere ardua cęli
Aspiceres. summas resonare & cantibus oras.
Aspiceres vacui deserta sedilia regni
Impleri, celsosq. foros. ceu Cerea tecta
Hyblæis compacta fauis cum fusa per auras
Destituunt, errantq. vagis examina pennis,
Cum bonus armisono tinnitibus ære colonus
Euocat, aspicies facto velut agmine, vespas

In veteres properare casas paruosq. Quirites
Obseruare. domos pars ponit, & intus ouantẽ
Constipãt Regem, & dextro clamore salutant
Feruet opus redolentq. Thyro tũ rosida mella.
Põdera pars sumit venientũ, & murmure denso
Implentur vacuæq. casæ, sedesq. relictæ.
Talis erat cælo sedes quam fusa per auras
Turba reliqt atrox nũc atra ad tarthara missa,
Ast vbi sydereus vocitauit Rector olympo
Mortales, primusq. polo genus ille locauit,
Impleuere foros sauciæ, sedilia cæli
Illustres genitorũ, animæ, quos excipit omnes
Cælicolum domus, & superas admittit in oras
Aliger, vt verò venientem forte latronem
Conspicit, reus, inquit, quis e regione viarum
Decepit dolus? heu quis nã mõstrauit olympũ
Infelix latro? iã insthinc modo cõprime gressũ
Condemnande lacu stygio, infernisq. lacunis.
Hæc domus Heroũ est. en hinc fastigia dextra
Difficili sudata ducum. genus altius huc iam
Venit, & ætatis adfixit nomina valuis.
Nulla tibi speranda salus, tunc ille tetendit
Iam læta cum voce manus. ne maxime sæui
Aliger ille ego sum latro, cum Principe iam
Mor-

Mortuus, excelso de ligno impune pependi,
Et cum venturi quæsissem fędera Regni,
Rex ait. & mecum venies. & sydera mecum
Aspicies hodie. promissa capessere regna
Iam venio. Sed si te non promissa mouebunt.
At lignũ hoc(aperit lignũ, quod forte latebat,)
Agnoscas, tunc ex ira corda aspra residunt.
Pręcipitatq. moras omnes venerabile donum
Vitalis Virgę agnoscens. pete regna parata
Ingredere & quicũq.(es ait)crux aurea cęlum
Pandit, & insuetos homini largitus honores.
Crux tibi pandit iter. reserat crux limina cęli.
Dixerat. at latro meritis furatus olympum
Ingreditur sedemq. replet.pede.nubila calcat.
Et superum miratur opes, & lumina vultu
Quę de sydereo manant, quę pronus adorat
Phębus,inexhausto quorũ splendescit ab auro.
Tu vero felix, fortunatissime latro
Sydereas furatus opes, furatus olympi
Regnatorem alti, cęlo da iura parenti
Sceptra cape,& dñare Polo. tua subdola virtus
Te cęlo locat, & sedes dat habere coruscas.
Mercurius tibi cedit: cum pede conteris, vt iã
Regna Deo promissa tenes.non te impie, nãq.

Tartare deformi positum videre lacuna.
Sed vix inferni latebras ingressus opacas,
Vix stygias expertus aquas,& felle madentes
Eumenidū mensas,rigidosq. in colla colubros;
Cum Deus auxilium cælo tulit almus ab alto
Aduenieñs,lucemq. ferens,quam clarius astris
Aspicis, æternos dignatus adire penates.

HORTVS GETHSEMANI.

SIquando cinctos ingressi floribus hortos,
Mille per herbarum,florūq. argentea gressus,
Agmina mouistis; varijs distincta figuris
Vidistis, Calthumq. Crocumq. & lilia latè
Candidulis distincta notis vacinia nigra,
Purpureasq.rosas,& quì nunc mæret in hortis
Ad liqdas hyacinth' aquas,quin sāguinis īdex
Aiacis flos surgit adhuc, panditq. cruore
Indomiti Ducis. At si vos cœliq. parentis
Terrarumq. Cruor mouit. vos dicite flores
Purpurei, nigræq. herbæ; tuq. optima Tellus
Vidisti viride Dominum languere sub horto;
Et lachtymas fudisse pias, & sæpe parentem:
Assidua vocitare prece, atq. effundere questus

Eia

Eia age. num talis tetigit præcordia quando
Rex vbi cœlicolum voluit tot ferre labores?
Et tua purpureos tot profudare cruores.
Dum teneros hominē vidit Natura sub annos
Syderea creuisse manu, ſtetit ille virenti
Deliciarū horto (ſic illum nomine dicunt)
Hic erat æternum viridantis gratia veris
Nec canis effudit flāmas, nec Aquarius imbres
Thatar⁹ ſtatuere mox hoſtis opūvenit īuid⁹, &
Poma iubet primęu⁹ Pater decerpere magno(te
Interdicta Deo capis; & te decipit ille:
Aliger, at telo patrijs explodit ab aruis,
Horto voluptatis primum. Sed deinde ruinæ
Nec noſtris ſpectāde oculis. aſt pulchrior hort⁹
(Huc age, mortales oculos adfigite veſtros)
Antiquū reparat labem, & poma Parentis
Huc ſe ſe conferre Deus, ſocioſq. ſolebat,
Horto ſemper erat viridi tumulandus in horto
Horti tantus amor reparandi, & gloria pomi:
Huc age iam noſtræ cupiens imponere finem
Ipſa ſalus venit, quin corde effatur ab imo
Effundens & ad aſtra preces, aureſq. Parentis:
Alme Pater, ſupreme Pater ſupera alta tonantē
Et dantem tecum iura, atq. excelſa tenentem

Sydera mortalem iupſiſti attingere vitam,
Et rerum ſentire vices, & ferre labores
Omnia iam dudū Genitor ſum ſponte ſecutus
Nūc nati miſerere Pater nunc horrida transfer
Pocula iam felli noſtro miſcenda dolore,
At teneri Genitor cogunt me talia ſenſus
Moliri, & tali Genitorem voce precari,
Sin aliter viſum, patiar, quodcumq. iubebis.
Dixit, & vndantes fluxere è corpore riui
Sanguinis, & vernam madeficit murice terram
O precibus tollenda meis ſanctiſſima tellus,
Quæ Regnatorē ſudantē, & ſumma precātem
Ætheris aſpexſti gremia procumbere, Vos ò
Cedite ſigniferi rutilantia ſydera cæli.
En veſter Regnator humū, florumq. maniplos
Amplexus roſeo perfundit cuncta cruore.
Veſter hic ē Regnator, & ęthera nō tenet altū,
Inter ſydereos: Sol inter ſydera cætus.
Hæc vbi purpureo ſudans confecit in horto;
Ad ſocios molitur iter, qui forte per herbas
Aegra ſuperfuſo deuincti lumina ſomno
Mulcentes curas, & pectora feſſa leuantes
Vndiq. florenti ſternebant corpora prato,
Quos ille aggreditur dictis, atq. increpat vltro.

Sicci-

Siccine vos sopor altus habet fessiq; leuatis
Corpora? nec nostro manantes corpore riuos
Sanguinis aspicitis? tepefactā agnoscite terrā.
Dum Regnatorem superum ter voce fatigo;
Surgite, nec fidi immemores dormite Magistri.
Dixerat, & superi repetens celeste Parentis
Colloquium, similes, effundit ad æthera voces,
Et rediens somnum pressos vrgere sodales
Aspicit, ambrosiam medijs, dolor, ossib', ingens
Arsit, & extollens duplices ad sydera palmas,
Ingemuit, & se se, supperisq. suisq. relictum
Cernit, & roseo talis vox excedit ore.
En ego nūc miseros extrema per omnia fletus
Corde traho. Vos blāda quies, vos sōn' amicus
O socij iuuat? ò qui te fortemq. virumq.
Dicebas, & velle mori, atq. ante ire sodales
Petre mei Pastor Gregis? hæc ꝓmissa fides est?
At vos ò homines, quoties è stipite Regem
Pendentem superū, vosq. ad suprema vocātem
Sydera deseritis, somnoq. altaq. quiete
Oppressi immemorem iucunda per otia vitam
Ducitis, & numquā vestros ad sydera ocellos.
Ducitis, & trabibus pendentem cernitis altis
Regnatorē orbis. Quoties sopor opprimit īgēs

Ipſeq. Nos blanda monitos vult voce Magiſter
Atq. ait, è celſo cur ſtipite pendeo rurſus?
Vulnera mortali perpeſſus imagine monſtrās,
Ni tua mortalis tacturus pectora. Sed vos
Ponite iam feſſis oculis, & mente ſoporem,
Et veſtros ad celſa oculos adfigite clauſtra
Vera, vbi peruigili reddentur gaudia menti,
Sed nūc ad reliquos horti redeamus honores.
Aliger expulerat metuendo fulminis enſe
Primæuū Genitorē, & nunc deſcendit ab aſtris
Aliger, & patrem ſolatur voce ſecundum,
Ne gemitus effunde pios, ne ſydera tantis
Cōturbato malis. Hæc te vult ætheris auctor.
Poculi ſublimi libare ex arbore rerum,
Qui maneat māſurus honos. nunc aſpice talis
Semper honos facti, & fælicia ſacra manebūt,
Nulla dies, quin ſolis erit, quæ lāpada cernat,
Quæ tibi centenos meritò non libat honores,
Cerne ſimul quot iam tua per veſtigia talem:
Tutè ſecuturi mentem teſtentur amicos;
Te ſemper ſubijſſe extremo è corde dolores
Iam tua nunc vinclo ſpōſi eſt ſponſanda iugali
I celer: tantamq. lubens amplectere ſponſam
Brachia iam ſponſo venienti expandit aperta.

I nunc,

I nunc, & tali tot basia fige matirę,
Sydera, quot cęlũ, vel quot dom⁹ alta ministros
Possidet, & quotquot delapsi Regia monstri
Dixerat, & tali solatus voce minister est
Pocula monstrauit felli miscenda, suamq.
Chare, amplexandã per dulcia basia sponsam
Tu quoq. mortalis sæpe hũc te confer in hortũ
Sydereas hausturus opes, fusumq. cruorem
I lege vernantes, & mollia prata per herbas,
Aspice temporibus, hinc sertũ imponi decoris.

GALLVS.

LVmina nocturnę cogebat Phosphorus ũbrę,
Coecaq. non ęquo cęperę crespuscula cursu,
Paulatim solui; tum pictã ad sydera caudam
Extulit, & solitis reuocans Titana morantem
Cantibus, ingentem iactauit ad ęthera vocem.
Nuncia purpurei volucris cristata diei
Illius ad summum sonitus peruenit olympum.
Quin tũ sui penetrans stillãtia Regna Gradiui.
Heù tibi non Galli vox visa est Petre, sed altũ.
Fulmen ab ętherea rapidum cum proruit arce
Arduaq. ignitis minatum culmina flammis.

Non

Non ita terretur validis exercitus armis,
Cū videt hostiles sonitu properare Phalanges.
Audit,& hinnitus,colla & fumantia equorum,
Non ita terrifico, cum dissita terra boatu
Insueta præsensit contorta tonitrua damna.
Assiduo plangore Senex Talesq. trementi
Aedebat simulare modos: quid tanta referre
Infelix volucer misero discrimina Petro?
Te iuuat, & nostras sonitu reuocare quærelas
Tu sōnos mihi pellis,& atra obuoluis in ūbra
Ipse tuo excitus cantu. (miserabile dictu?)
Nosco immane nefas, miseræ ludibria, linguæ.
O vtinam, imbellis mihi vocis adēptæ fuisses
Vsus, vt insanis æterna silentia labris
Essent,non tantum sinerent præcurrere crimē.
Tuuero mihi Galle meos, non detegis omnes
Testis inique dolos; nec tu dispendia nocti;
Tumea non solito fixisti vulnere corda.
Sum iā iā memor ipse tuæ dux optimè vocis,
Quando per infames lapsurū ad crimina labes
Defatebaris. fateor, tuuera fateris.
Rex hominū. Rex alme Deū,sed fallere nostrū ē
Ille ne ego,qui nunc te extrema ꝑ omnia fass'
Velle sequi, mortemq. cum morte pacisci?
Nunc

Nunc serui aspectu contentus? heu data Petro
Quæ Pietas, vanoq. fuit constantia cordi?
Stipite præduro Petra Petre durior omni?
Has replens plangore petras exhaustaq. fletu
Lumina perpetuas fundant rorantia guttas.

PETRVS CHRISTVM NEGANS.

QVi modo fallaci te Christe negauerat ore
Incautus, mox cristato damnatus abibat
Alite, & insuetis complebat saxa querelis,
Exierat tectis, & multa nocte tegebat,
Perq; vrbem, vicosq. vrbis, montemq. petebat,
Quo sæpe ardenti ducebat pectore Cætum
Electum, precibusq. Patrem flectebat Olympi.
Mox hortũ ingreditur, nup. quo flexerat ingẽs
Genua Deus, viuo madefactos sãguine flores.
Aspicit, & medijs, fulgebat purpura pratis.
Hic stetit, pauida carpebat gramina dextra.
Gramina sanguinea dudũ madefacta pruina.
Vos (ait) ò superi decorati murice Regis
Pubentes herbæ, calido vos corde fouebo.
Vos bene pæonia sanetis pectus opella,
Membraq. lethali iam dudum saucia tale

Flete

Flete oculi,& totos lachrymarũ fundite riuos.
Hic vos,dum superũ sudabat sãguine Rector
Certabat Patrẽ lachrymãs; sopor alt' habebat
Illum coelicolæ sudantem, & multa quærentẽ
Viderunt, largosq. cientem pectore fletus.
Pro salso hic roseum sparsit sudore cruorem
En rubet in pratis herbarum argenteus ordo.
Vos oculi vestro perfundite prata liquore
Dicebat, longosq. senex è corde ciebat
Prata per,& flores gemitus,sua lumina donec
Sparsit, & Oceanum Titan rubefecit. Eoum
Tum solam alloquitur. Superũ solus Imago.
Sol pater, ex alto pellis qui nubila coelo.
Illustrasq. solum, collesq. herbasq. rurentes
Luce foues, soluisq. niues, & pectus inerti
Durius,hoc gloriæ cur non das dire liquores?
In placidos solusq. oculis retinacula solue.
Solue) precor retinacula:fluant è lumine riui
Sim totus lachrymæ: qsq̃ rapit ò radians sol;
Ne precor)aspicias.Condar latitantibus ũbris
Ipse morens fugio lucem, noctisq. tenebras
Solus amo, soliq. nocent tua lumina Phæbe;
Dixerat, & nubes scelus accusare nigrantes
Credebat, fletusq. dabat, taciturnus,amaros.
Mox

Mox sentit sūmos motare cacumina montes,
Et petrę petris certate, & nubibus atris,
Conditus est Titan; densę incubuere tenebrę,
Et sonuere poli, Pontusq. ad sydera fluctus
Extulit. Heu tātꝰ qd nā fragor occupat aures?
Petrus ait. meus extinctus non funere læuo
Rector obit?q̄m Phębe gemissen sydera flāmis
Accensis fumus celebratis? cui iuga, montes?
Cōcutitis? mouente Deo dura saxa fatiscunt,
Lunaq. pallentes inflectit pallida ligas,
Et detraxit equis sol indignatus habenas.
Flete oculi, vestrumq. Deum clamate relictū,
Desertumq. diù, atq. atra in nocte negatum
Talibus orabat saucius, & semper ad auras
Iactabat gemitus, donec pater ipse resurgens
Ablutam adspersit labem, & cōpescere fletū
Iussit, & insanos deponere corde dolorem.
Atq. Cęli claues lugenti tradere tandem
Expeteret Christus Deus fręnator Auerni
Interea Petrus lustrabat lumina fletu
Cū Gallus caneret, turbansq. iam voce quietē.

LIBER

CHRISTVS SPINEO SERTO CORONATVS.

SCilicet hostili ducens spolia ampla triumpho
Ascensure, noui Victor, capitolia montis
Exornas viridi caput hoc insigne corolla ?
Et tua quæsito, circumdans tempora serto
Purpureo laxas crines humore madentes.
Murice natiuo rutilans viridiq. smaragdo,
An quia tu lætus celebrans Hymenæa Maritus
Gaudentis Sponsæ, Vis pulchrior ore videri?
Nobile spinoso faciens diademate sertum
An ne coronatas Aries insignis ad aras
Duceris, & viridi pręcingis cornua dumo ?
Sic quodã insontẽ iuuenẽ, & non digna ferẽtẽ
Mactatumq. Abram celso qui grandia monte
Ligna humeris tulerat venientem vidit ab alto
Aligerum gladio, spectandum lucis, & auro
Ne puerum, ne cęde. Deus non cęde mouetur,
En Aries medios inter sua cornua vepres
Extulit: Hũc aras mactato; hoc numina placa
Dixerat, & sentes Aries spectatus in atros
Exeruit caput. hũc Heros tibi maximè demum
Mactat,

Mactat, sacra ferens, & adorans sistit ad aras
Ille inter vepres, dumetaq. colla ferebat
Ardua, & horridulo cingebat cornua sente,
Quem mox exceptum senior, viridantibus aris
Imposuit, lignisq. super sacra victima Regi
Decidit, & virides infecit sanguine vepres
Fumus, & Æthereas volucer tēdebat, ad arces
Fortunate Aries, iam te qui floribus annum
Auratis aperit, simil inuidit aureus ille
Diuite phryxęum, vexit qui tergore pondu
Talis ad es diuine Aries, qui tempora cingens
Horrenti dumo sacris nunc sistens in aris
Sydereo mactande Duci: tibi muricè sertum
Tingitur, & duplici decorāt diademata nexu
Purpureus cruor en cerebro distillat apertos
In.sentes, fontesq. micant humore profuso.
Purpuraq. exornat virides adiecta smaragdos.
Ante spinarum fronti insignis honore
Circū sacra ferens horrentes tempora dumos?
Ceù nexas tinxere rosas qui mobile crines
Gaudeas, & viridi decoratus honore superbis?
Nō ne rubos insignis amans in sacra pręberas
Tempora non alto flagrabas ictus amore.
Cum virides inter visus tu ardescere dumos

Ardua nutribas alcrici incendia flammę?
Ignis eras medios inter rapidiſſime vepres,
Nec tamen impoſito cōbuſtus dumus ab igni
Aruit, aut virides deperdidit ore colores,
Addebat Decus ignis; erat ſua gratia flammis,
Et magis è rapido creſcebat ſpina calore,
Atq; accenſa faces, pandebat, tęda, micantes
Forſitan & medijs permixta incendia dumis
Tum feruens nimio ſpinarum ardore calebas,
En nūc ſpina comas tibi pulchrior ornat ouā-
Ornantur crines ſacrę diademate fronti (tes
Dura nitent, rigidoſq. iubes inoleſcere ſentes,
Et tibi dum ſpinis ponuntur ſerta reuulſis,
Sanguinolenta tuo dimanat ſparſa cerebro
Purpura purpurei pectuntur pectine crines
Dum ferus exacuens aures ad vulnera miles.
Pectit molle comas, centenaq. verbera figit.
Effluit è membris riuus, fuſiq; capilli
Dant per colla decus, roſei ſpargūtur honores,
Sanguineoq. alterno ceruix effuſa renitet
Scilicet auguſto capiti diademata ſentes,
Imponunt, horrentq. comæ ceruixq. rubeſcit
Nec flores alios, nec prata comantia tondes
Purpureis ſpolianda roſis, niueiſq. liguſtris.

Aut vbi virgineo candeſcunt lilia vultu
Cedite honorato candentia lilia dumo,
Seù quæ vernanti floretis mollia campo
Vos inter diuinus Amor depaſcitur almus?
Candida quin ducit, conuallibus, agmina cultis
Ducit, & aſſiduas puriſſima turba choreas
Circum prata vagans, & circum roſcida rura
Qua leuis optatis delabitur vnda ſuſurris?
Mille petens, repetẽſq. fugas, vbi mollior almi
Veris honos, vbi gratus odor, q̃ gramina latè
Spirant, & varijs Tellus è floribus efflat,
At ſpinas inter, duraq. rigentia fronde
Non paſcit dumeta gregem cũ mollia primum
Sunt matutina melius conſperſa pruina,
Sed ſua compacto conuelat tempora ſerto
Diuus amans, ſpernitq; roſas (coſtũq. rubentẽ,)
Liliaq. & viridi fragrantia Cinnama campo.
Tu vero, quęnunc vernos ſpatiata per hortos
Sponſa coloratos decerpis pollice flores,
Et iuuat albenti candentia flore liguſtra
Iungere luteolis, permixtaq. lilia calthis,
Purpureas, & ſępe roſas, & ſæpe Hyacinthos.
Colligis ò felix, atq. æternos Amaranthos.
At miſce, formoſa, Crocum, & lilia iunge

Pestanis aurata rosis. Ne demere calthum
Nec vanus labor hoc roseos effrangere crines
Lædere iam sponsi, & viridi exornare corolla.
Non violas, non ille rosas,non quærit achantũ
Lilia, nec calthas , nec purpureos Narcisos.
Horridulos petit ille rubos, petit ille rigentes,
Spinarumq globos,permiscendosq. maniplos.
Hoc effinge comas , hoc molli tempora serto,
Contegi non alio gaudebit flore tegendus;
Quin etiam vultu pallent vacinia nigra
Oraq. Lutheolæ depingunt pallida calthæ
In manibus pleno rutilas Hyacinte cruore
Sola nitet capiti , diuinæ, gratia, menti .
Spina repercussa tollitque cuspide frontem
Nec desunt rosei spina exhorrente, colores,
Nec quos effundunt Pestana rosaria flores,
Quos ver ꝓgignit,zephyrus fouet,educat iber,
Nam qualis color,& qualis perfusa venustas
Vepribus? En sacro perfusæ sanguine tollunt
Purpureos apices, & tela rubentia pandunt
Purpura quin viridi decertat sparsa smaragdo.
Qualis honos spinis? Non sic Eous Iaspis
Ardet, & innato radiant fulgore Pyropi ,
Nõ sic ostra rubẽt: nõ sic Rosa nobilis hortis,

Seu

Seu diues Phæace tuis, seu maior Idæmo,
Aut vbi peruigili seruantur poma Dracone,
Non tali radiat specie Thaumantias alto
Æthere, non talis exsuscitat orta colores
O supero dignata Duci, dignata verendum
Conuelare caput præduris spina maniplis,
Non te cuspis atrox; non vlla iniuria lædit
Mitis facta Deo est, reliquis prælata coronis.
Pratorum tu dulce Decus diademata noctis
Cœlicolũ tu dura Duci, tibi purpura frondes
Purpurat, & roseo distingueris acta cruore.
Te superæ cupiere comæ, non laurea crines
Ambijt ætherios, nõ pauperis vmbra Corymbi
Exultent alij gemmis inspergere Eois
Quæ procul è rubro conuexit nauita ponto
Ponere serta comis, auroq. rigescere multo
Ipse rubum legit tantus Deus ipse Pyramo
Sanguineo tingit. Radiat diffusa per artus
Purpura. Non vno, confunditur illa, colore.
Nunc crines inspersa tegit.quę mollius auram,
Ambit, & aurato decoratur crinis honore.
Nunc incolla cadit languentis eburnea Regis,
Et nitidum prælucet ebur. Nunc nobile pectus
Obtegit, & sparso recreantur corda liquores.

Alter eat, pectatq. comas, molliq. fluentes
Frōde premat crinem figēs,atq.implicet auro
Quādo meus spinā Dominus legit,atq. cruore
Perfundit totos, sparsisq. liquentibus, artus
Illius è toto labuntur corpore riui,
Fluminaq. exerto penitus patefacta cerebro
Sanguinolenta fluunt, vt citam mæsta ciente
Flumina conspicio, totosq. rubescere crines
Regnator superum, vt veris tibi cerno decorē
Sanguineis ridere comis. Tu mollia Ducis
Sæcula. Tu duris discis mollescere rebus,
Exornas rigidis spinis caput hoc diadema
Conspicuum reris, tollisq. ad sydera frontem.
Sacra perhorrentes exornant tempora dumi
Et sibi præduri dant mollia serta manipli,
O quàm Syderei dudum nituere capilli?
Flauentes nituere comæ, quæ milite penæ
Excepere decus gemmæ, quale additur auro,
Cum conclusa iacet,pariumue immobile saxū,
Aut vbi maiori flauescunr æra mætallo,
Tale manus addūt ebori dec'; aut vbi marmor
Artifices poliunt rude clarius, aut vbi lignum
Efformant cedrinū, multoq. è verbere condūt.
O quę diuini sacrum penetrale cerebri
Figi-

Figitis, & menti vos summi hæretis amoris
Spicula, & adsuperas insignia panditis auras
Stelliferę quę mentis opes hauxistis, ibiq.
Vidistis primis seruata ęraria sęclis.
Felices spinę, quas è fulgente pharetra
Deprompsit diuinus amor sua tela, sagittas,
Iussit, & horrentes per aucta cuspide dumos
Ostentare ictus, vt pectora saucia vestros
Exciperent. Non iam spina, sed spicula amoris,
Nō sacro è cerebro, sed amoris ab arce pharetra
Vir ederat, vt quōdam mortalia circumspexit
Dius amor gentes finxisse cupidinis arcus,
Et geminos plumbo, aut auro iactare sagittas
Imbellem puerum nudatum corpora cęcum
Lumina furtiua, promentes tela pharetra,
Et penna tenui librantem remige corpus.
Nō sic; (inqt) erit. me' olī aut Cōditor aut Rex
Quē mihi cum placeat, iubeā descēdere Cœlo
Corporea me dum patiens vestire figura.
Ille etenim nullis se se librauerat alis,
Arctius hærebat rigido sed stipite clauis.
Confixus, nec firma volens vestigia gressu
Tendere, nec charo diuellere brachia ligno
Quisquis amet, nō illū ala explicuisse volatum
 Inge-

Ingemet, aut volucri fugisse per inuia gressu,
At semper, fixumq. pedes, & brachia clauo
Repperiet ferro traiectum membra tenaci.
Hinc procul insidiæ. Non lis velabit ocellos,
Omnia sed videat, simul omnia protrahat ad se
Iam prolatus humo. iaciat quoq. sæpe sagittas
E luce è media prodibunt, spicula fronte
Non cæcas non è pharetra latitante, sed alma,
Spicula non auro, sed tristibus eruta spinis,
Quæ mea iam media gestare insignia fronte
Gaudeat, & telofixum præferre cerebrum.
Dixerat, & coeli tremuit reuolubilis axis
His dictis. Tellus virides exuta figuras
Purpureos late vidit pallescere flores,
Ipsaq. sanguineis dumeta. rubescere guttis.
At vos, qui rabidi deluso nomina Regi.
Ponitis, & duris contusum membra flagellis
Indutis natulo regalis murice vestis,
Plectite de spinis, rigidum contexite sertum.
Hoc illi contexit Amor. iam ferre coronam
Rex noster gaudet. sed non, aut fusilis auri,
Non è Beryllo, aut flammarum ardore Pyropi
Spinam amas. i spinam fige, & figere corda
Vallibus è libani, iãq. aut Hiericuntide terra
Horri-

Horrificos legere rubos, aut littora propter
Æquoreos iuncos, & acutæ cuspidis ictus
Miscuit infelix miles genus acre coronæ,
Vt Regi imponat, quā auderis breuiq perurit
Durius, vt stricto cerebrum configeret ictu.
Nō nectit lōgaq. ad nixus harūdine adurget,
Labuntur plures effuso sanguine riui.
Fronte foraminibus spina figere cauatis.
Stillant paulatim rediuiuæ flumine guttæ,
Et duræ roseo tinguntur murice spinę?
Diuinum iam rore caput scatet vndiq. guttis
Cincinni (iam cerne) madent, sed figitur vsq.
Mentis in effossas latebras, vsq. alta cerebri
Limina,& horrescunt vel ipsa cuspide dumi.
Protinus imposito tali Rex summe corona
Horruit, & tellus, & coelifer horruit axis,
Ipsaq. mutata, tremuit, Natura colore
Sed pudibunda tamen velarunt sydera coelo,
Velarunt faciem, ne tali in sorte Tonantem
Aspicerent,non tormenti genera horrida duri
Aspiciunt tamen, &. venerātur cuncta coronā
Astrigerum, quę dura caput prępunget,obitq.
Protinus abscessere polo, iustumq. coronę
Affixere locum, seseq. Ariadna tenebris

CHRISTVS SPINEO SERTO CORONATVS.

SCilicet hostili ducens spolia ampla triumpho
Ascensure, noui Victor, capitolia montis
Exornas viridi caput hoc insigne corolla?
Et tua quæsito, circumdans tempora serto
Purpureo laxas crines humore madentes.
Murice natiuo rutilans viridiq. smaragdo,
An quia tu lætus celebrans Hymenæa Maritus
Gaudentis Sponsæ, Vis pulchrior ore videri?
Nobile spinoso faciens diademate sertum
An ne coronatas Aries insignis ad aras
Duceris, & viridi pręcingis cornua dumo?
Sic quōdā insontē iuuenē, & non digna ferētē
Mactatumq. Abram celso qui grandia monte
Ligna humeris tulerat venientem vidit ab alto
Aligerum gladio, spectandum lucis, & auro
Ne puerum, ne cęde. Deus non cęde mouetur,
En Aries medios inter sua cornua vepres
Extulit: Hūc aras mactato; hoc numina placa
Dixerat, & sentes Aries spectatus in atros
Exeruit caput. hūc Heros tibi maximè demum
Mactat,

Mactat, sacra ferens, & adorans sistit ad aras
Ille inter vepres, dumetaq. colla ferebat
Ardua, & horridulo cingebat cornua sente,
Quem mox exceptum senior, viridantibus aris
Imposuit, lignisq. super sacra victima Regi
Decidit, & virides infecit sanguine vepres
Fumus, & Æthereas volucer tēdebat, ad arces
Fortunate Aries, iam te qui floribus annum
Auratis aperit, simil inuidit aureus ille
Diuite phryxçum, vexit qui tergore pondu
Talis ad es diuine Aries, qui tempora cingens
Horrenti dumo sacris nunc sistens in aris
Sydereo mactande Duci: tibi muricè sertum
Tingitur, & duplici decorāt diademata nexu
Purpureus cruor en cerebro distillat apertos
In sentes, fontesq. micant humore profuso.
Purpuraq. exornat virides adiecta smarados.
Ante spinarum fronti insignis honore
Circū sacra ferens horrentes tempora dumos?
Ceù nexas tinxere rosas qui mobile crines,
Gaudeas, & viridi decoratus honore superbis?
Nō ne rubos insignis amans in sacra prębebas
Tempora non alto flagrabas ictus amore.
Cum virides inter visus tu ardescere dumos
Ardua

Ardua nutribas altrici incendia flammę?
Ignis eras medios inter rapidissime vepres,
Nec tamen imposito cōbustus dumus ab igni
Aruit, aut virides deperdidit ore colores,
Addebat Decus ignis; erat sua gratia flammis,
Et magis è rapido crescebat spina calore,
Atq; accensa faces, pandebat, tęda, micantes
Forsitan & medijs permixta incendia dumis
Tum seruens nimio spinarum ardore calebas,
En nūc spina comas tibi pulchrior ornat ouā-
Ornantur crines sacrę diademate fronti (tes
Dura nitent, rigidosq. iubes inolescere sentes,
Et tibi dum spinis ponuntur serta reuulsis,
Sanguinolenta tuo dimanat sparsa cerebro
Purpura purpurei pectuntur pectine crines
Dum ferus exacuens aures ad vulnera miles.
Pectit molle comas, centenaq. verbera figit.
Effluit è membris riuus, fusiq. capilli
Dant per colla decus, rosei spargūtur honores,
Sanguineoq. alterno ceruix effusa renitet
Scilicet augusto capiti diademata sentes,
Imponunt, horrentq. comæ ceruixq. rubescit
Nec flores alios, nec prata comantia tondes
Purpureis spolianda rosis, niueisq. ligustris.

Aut

Aut, vbi virgineo candeſcunt lilia vultu
Cedite honorato candentia lilia dumo,
Seù quæ vernanti floretis mollia campo
Vos inter diuinus Amor depaſcitur almus.
Candida quin ducit, conuallibus, agmina cultis
Ducit, & aſſiduas puriſſima turba choreas
Circum prata vagans, & circum roſcida rura
Qua leuis optatis delabitur vnda ſuſurris?
Mille petens, repetēſq. fugas, vbi mollior almi
Veris honos, vbi gratus odor, q̃ gramina latè
Spirant, & varijs Tellus è floribus efflat,
At ſpinas inter, duraq. rigentia fronde
Non paſcit dumeta gregem cū mollia primum
Sunt matutina melius conſperſa pruina;
Sed ſua compacto conuelat tempora ſerto
Diuus amans, ſpernitq; roſas (coſtūq. rubentē,)
Liliaq. & viridi fragrantia Cinnama campo.
Tu vero, quęnunc vernos ſpatiata per hortos
Sponſa coloratos decerpis pollice flores,
Et iuuat albenti candentia flore liguſtra
Iungere luteolis, permixtaq. lilia calthis,
Purpureas, & ſępe roſas, & ſæpe Hyacinthos.
Colligis ò felix, atq. æternos Amaranthos.
At miſce, formoſa, Crocum, & lilia iunge

Pestanis aurata rosis. Ne demete calthum,
Nec vanus labor hoc roseos effrangere crines
Lædere iam sponsi, & viridi exornare corolla.
Non violas, non ille rosas,non quærit achantũ
Lilia, nec calthas, nec purpureos Narcisos.
Horridulos petit ille rubos, petit ille rigentes,
Spinarumq globos,permiscendosq. maniplos.
Hoc effinge comas, hoc molli tempora serto,
Contegi non alio gaudebit flore tegendus;
Quin etiam vultu pallent vacinia nigra
Oraq. Lutheolæ depingunt pallida calthæ
In manibus pleno rutilas Hyacinte cruore
Sola nitet capiti, diuinæ, gratia, menti.
Spina repercussa tollitque cuspide frontem
Nec desunt rosei spina exhorrente, colores,
Nec quos effundunt Pestana rosaria flores,
Quos ver ꝓgignit,zephyrus fouet,educat imber,
Nam qualis color,& qualis perfusa venustas
Vepribus? En sacro perfusæ sanguine tollunt
Purpureos apices, & tela rubentia pandunt
Purpura quin viridi decertat sparsa smaragdo.
Qualis honos spinis? Non sic Eous Iaspis
Ardet, & innato radiant fulgore Pyropi,
Nõ sic ostra rubẽt: nõ sic Rosa nobilis hortis,
Seu

Seu diues Phæace tuis, seu maior Idæmo,
Aut vbi peruigili seruantur poma Dracone,
Non tali radiat specie Thaumantias alto
Æthere, non talis exsuscitat orta colores
O supero dignata Duci, dignata verendum
Conuelare caput præduris spina maniplis,
Non te cuspis atrox; non vlla iniuria lædit
Mitis facta Deo est, reliquis prælata coronis.
Pratorum tu dulce Decus diademata noctis
Cœlicolũ tu dura Duci, tibi purpura frondes
Purpurat, & roseo distingueris acta cruore.
Te superæ cupiere comæ, non laurea crines
Ambijt ætherios, nõ pauperis vmbra Corymbi
Exultent alij gemmis inspergere Eois
Quæ procul è rubro conuexit nauita ponto
Ponere serta comis, auroq. rigescere multo
Ipse rubum legit tantus Deus ipse Pyramo
Sanguineo tingit. Radiat diffusa per artus
Purpura. Non vno, confunditur illa, colore.
Nunc crines inspersa tegit.quę mollius auram,
Ambit, & aurato decoratur crinis honore.
Nunc incolla cadit languentis eburnea Regis,
Et nitidum prælucet ebur. Nunc nobile pectus
Obtegit, & sparso recreantur corda liquores.

Alter eat, pectatq. comas, molliq. fluentes
Frōde premat crinem figēs,atq.implicet auro
Quādo meus spinā Dominus legit,atq. cruore
Perfundit totos, sparsisq. liquentibus, artus
Illius è toto labuntur corpore riui,
Fluminaq. exerto penitus patefacta cerebro
Sanguinolenta fluunt, vt citam mæsta ciente
Flumina conspicio, totosq. rubescere crines
Regnator superum, vt veris tibi cerno decorē
Sanguineis ridere comis. Tu mollia Ducis
Sæcula. Tu duris discis mollescere rebus,
Exornas rigidis spinis caput hoc diadema
Conspicuum reris, tollisq. ad sydera frontem.
Sacra perhorrentes exornant tempora dumi
Et sibi præduri dant mollia serta manipli,
O quàm Syderei dudum nituere capilli?
Flauentes nituere comæ, quæ milite penæ
Excepere decus gemmæ, quale additur auro,
Cum conclusa iacet,pariumue immobile saxū,
Aut vbi maiori flauescunt æra mætallo,
Tale manus addūt ebori dec'; aut vbi marmor
Artifices poliunt rude clarius, aut vbi lignum
Efformant cedrinū, multoq. è verbere condūt.
O quę diuini sacrum penetrale cerebri
Figi-

Figitis, & menti vos summi hæretis amoris
Spicula, & adsuperas insignia panditis auras
Stelliferę quę mentis opes hauxistis, ibiq.
Vidistis primis seruata ęraria sęclis.
Felices spinę, quas è fulgente pharetra
Deprompsit diuinus amor sua tela, sagittas,
Iussit, & horrentes per aucta cuspide dumos
Ostentare ictus, vt pectora saucia vestros
Exciperent. Non iam spina, sed spicula amoris,
Nō sacro è cerebro, sed amoris ab arce pharetra
Vir ederat, vt quōdam mortalia circumspexit
Dius amor gentes finxisse cupidinis arcus,
Et geminos plumbo, aut auro iactare sagittas
Imbellem puerum nudatum corpora cęcum
Lumina furtiua, promentes tela pharetra,
Et penna tenui librantem remige corpus.
Nō sic; (inqt) erit. me' olī aut Cōditor aut Rex
Quē mihi cum placeat, iubeā descēdere Coelo.
Corporea me dum patiens vestire figura.
Ille etenim nullis se se librauerat alis,
Arctius hærebat rigido sed stipite clauis.
Confixus, nec firma volens vestigia gressu
Tendere, nec charo diuellere brachia ligno
Quisquis amet, nō illū ala explicuisse volatum

Ingemet, aut volucri fugiſſe per inuia greſſu,
At ſemper, fixumq. pedes, & brachia clauo,
Repperiet ferro traiectum membra tenaci.
Hinc procul inſidiæ. Non lis velabit ocellos,
Omnia ſed videat, ſimul omnia protrahat ad ſe
Iam prolatus humo. iaciat quoq. ſæpe ſagittas
E luce è media prodibunt, ſpicula fronte
Non cæcas non è pharetra latitante, ſed alma,
Spicula non auro, ſed triſtibus eruta ſpinis,
Quæ mea iam media geſtare inſignia fronte
Gaudeat, & telofixum præferre cerebrum.
Dixerat, & cœli tremuit reuolubilis axis
His dictis. Tellus virides exuta figuras
Purpureos late vidit palleſcere flores,
Ipſaq. ſanguineis dumeta. rubeſcere guttis.
At vos, qui rabidi deluſo nomina Regi.
Ponitis, & duris contuſum membra flagellis
Indutis natulo regalis murice veſtis,
Plectite de ſpinis, rigidum contexite ſertum.
Hoc illi contexit Amor. iam ferre coronam
Rex noſter gaudet. ſed non, aut fuſilis auri,
Non è Beryllo, aut flammarum ardore Pyropi
Spinam amas. i ſpinam fige, & figere corda
Vallibus è libani, iāq. aut Hiericuntide terra
Horri-

Horrifico legere rubos, aut littora propter
Æquoreos iuncos, & acutæ cuſpidis ictus
Miſcuit infelix miles genus acre coronæ,
Vt Regi imponat, quā auderis breuiq. perurit
Durius, vt ſtricto cerebrum configeret ictu.
Nō nectit lōgaq. ad nixus harūdine adurget,
Labuntur plures effuſo ſanguine riui.
Fronte foraminibus ſpina figere cauatis.
Stillant paulatim rediuiuæ flumine guttæ,
Et duræ roſeo tinguntur murice ſpinę?
Diuinum iam rore caput ſcatet vndiq. guttis
Cincinni (iam cerne) madent, ſed figitur vſq.
Mentis in effoſſas latebras, vſq. alta cerebri
Limina,& horreſcunt vel ipſa cuſpide dumi.
Protinus impoſito tali Rex ſumme corona
Horruit, & tellus, & cœlifer horruit axis,
Ipſaq. mutata, tremuit, Natura colore
Sed pudibunda tamen velarunt ſydera cœlo,
Velarunt faciem, ne tali in ſorte Tonantem
Aſpicerent,non tormenti genera horrida duri
Aſpiciunt tamen, & venerātur cuncta coronā
Aſtrigerum, quę dura caput prępunget,obitq.
Protinus abſceſſere polo, iuſtumq. coronę
Affixere locum, ſeſeq. Ariadna tenebris

Abdidit, & cœli iusta plus parte refulget.
Ex illo visa est Rectoris imagine facta
Rarior, & quouis formosior igne corona
Irradiare polo maditoq. rubescere crine.
Quid vero calami componunt serta figentes?
Qui tantum præssere caput? Quid nobile sertũ.
Ter quater imponunt, infixaq. tela cerebro
Hęsere, & sæuo tremuerunt icta dolore?
Ne calami, netanta comis assuescite sacris
Iam nimio tormenta ictu, patet eccę cerebrũ
Confossum calamis. Sudat frons sparsa cruore
Sanguineis inspersa notis, & corpore toto
Labuntur fontes, labuntur flumina latè
Ipsaq. purpureo se spina exornat amictu
Sydereis ambita comis, & sanguine sancto
Tĩcta Ducis. Quo spõsa comas ornabit honore,
Non alio te flore tegas; ne comprime crines
Flauentes alio florescit spina rubeto
Purpureis rubefacta comis, hic cingere frontẽ
Fas mihi. Non clara cingentur tempora lauru,
Nec mihi bacchęo stabit frõs stricta Corymbo
Spina tegas quæsita comas. Hoc tẽpore vates
Circundem facer. hoc roseo decorabor amictu
Inter sydereos, niueus spectatus olores

Tu

Tuuero formose aries, qui tempora duris
Aurea inauratis aperis, qui cornibus annum
Prataq. odoratis distinguis floribus arua,
Et specie flores. Varijsq. coloribus herbas,
Dum ver prata beat,dũ collis plurimus,& dum
Vestitur nemus,& longis se frondibus arbos,
Induit, & veteres assumunt gramina formas,
Ne cœlo tu cinge rosa violaue rubenti
Cornua Phrysæi portator velleris almi
Veris honos Aries, sed tequoq; sente cruento
Contege,sic mæstus celebretur sẽper,& annus.
En Aries nouies insontes damnandus ad aras
Aurea syluestri præcingit tempora dumo,
Atq. per horrentes syluerunt tempora sentes,
Nõ alius quærẽdus honos. Hãc astra coronã
Accipiant. sumat tales Natura colores
Semper,& inculti memoretur Gratia dumi,
Et matutino cum lucida germina rore
Lucifer inspergit cœlesti adspersa pruina
Perpetuò dumeta micent, baccasq. cruentas
Inclyta iam mittant, Verisq. simillima ducat
Purpureum conspersa die iam bacca colorem,
Et super auratos dumos decantet Achantis,
Et querulo dulces componat carmine voces,

Et dum ſylueſtris reſonabit achantide dumus,
Sit, qui ſyderei memoret tum letha Tonantis,
Scilicet hoc olim præcinxit tempora ſerto.
Hęc cinxere olim Auguſtos diademata crines,
Cum Deus auratã profundens ſanguine cinctº
Cæſariem, toto conſperſit corpore riuos,
Et fixa hæſerunt rarefacto ſęua cerebro.

LIBER QVINTVS.

CHRISTVS VARIE CRVCIATVS.

OCeano ſiquando tuos exurgere Titan
Flãmivomos admiror equos, & luce renata
Publica iam toto diffundere gaudia mundo,
Siuè faces Phębea tuas, quę nocte ſilenti
Pallida nocturnas moderaris luce tenebras
Aèra ſecreto, ſeu cum ſpectauero cœlo
Seù fluctus Neptune, tuos, & ſaxa ſub vndis.
Quodue ſuo librata aperit cũ pondere Tellus,
Vel quod in obſtruſo cõcludũt tarthara cẽtro,
Au-

Authorem dare iura suum, dextraq. verendum
Sceptra tenere puto densis cui nubibus æther
Pareat, & tremulis submittat flumina flammis.
Non etenim nullo cœlum Rectore mouetur,
Nec rerum Natura parens: At nulla putanda
Fata, nec incerto fluitant mortalia casu.
Ecquis in aurato radiantia sydera cœlo
Tàm bene disposuit? dedit, & sua cornua lunæ,
Et radios tibi Phæbe vagos, lucemq. nitentem?
Dat Cererē, & rapido segetes producere sole?
Ecquis in Arcturo sæuas pereunte procellas
Fundit, vt elatis nautam Mare terreat vndis?
Ecquis humū varijs sub Vere tepente colorat
Floribus, & roseos effundit in arua maniplos?
Ergo Deū qs in esse neget, qui cūcta gubernat?
Cuncta supercilio, cuius stent cuncta potenti?
Astra polo, Triuiæq. faces, solisq. nitores?
Ille dat, & Cererem sęuas paritille procellas,
Ille solum pingit florentibus vndiq. sertis.
Hic igitur, q cuncta regit, qui fulmina torquet
Sex vbi luciferos Aurora recluserit ortus
Æquoreos finxit tractus, cœliq. meatus,
Tellurisq. plagas, & quicquid Regia cœli,
Terrarum quicquid moles operosa tuetur
At

At mortale genus simili quod imagine vili
E limo manus alta Dei formauit, & illi
Immortalē animam, versumq. ad sydera vultū
Indidit ętherio secum regnare sedili
Iusserat, & pedibus subter stellantia claustra;
Cernere. Mox homines vetitę radiantia poma
Arboris, ad stygias, miserum, vexere lacunas
Non illis concessa poli domus alta patebat,
Nil, quod ab æthesio semen vir duceret axe
Proderat, Infernas coluit sine luce latebras.
At Deus humanam miseratus ab æthere sortē
Cœlestes reserare fores, & Templa diuorum
Pandere mortali statuit, sedesq. beatas
Aetherias liquisse plagas Amor egit, & huius
Aetatis sensisse vices, & corporis artus
Indutum propria cœlum reserare cruore.
Audio vagitus. quis, dum venisset ad auras
Bethlemiæ sonuere sacris sub rupibus oræ.
Hic tepido Regina parens inuoluit amictu
Cunctorū Auctorē, qui cūcta amplectitur vn⁹
Hic sūma pecudū monet Aliger arce magistros
Auctori dare dona suo, Natoq. Tonanti
Munera lacte nouo, & Calathis dare lilia plenis
Sed quid? Bethlemiū vix te iā cæperat agmē
Vix

Vix terris octaua iubar patefecerat almum
Aurora, vt sacro tener it de corpore sanguis,
Mox cœlum videt stellam peperisse recentem,
Et procul eoo Reges ex orbe ciere.
Mox noua Bethlemiã sentit quæ gaudia terrã
Infantum tenero tepefactam agnosco cruore
Impio quid tantam iuuat ò committere cędē?
An regnũ tibi velle putas rapuisse? creauit
Qui terras, cœliq. plagas Nereũq· profundũ?
Subdita, quē mundi moles operosa tremescit.
Tuq. Parathonios q̃d nũc petis alme penates?
Alme puer? Regē ne times? Seuumq. Tirannũ?
Iamq. sua Genitrix assuescere corda dolori
Incipis, ah nimios virgo passura dolores
Virgo tuum sensura necem, crudeleq. Nati
Funus, & immite per mutua vulnera morem,
Nec procul, aut longo post tẽporis interuallo
Virgo sacrã visura ędē, Memphytica linquens
Regna. (nigras Plutonis erat Rex miss' ad ũbras)
Patria recta petis solymas, & sacra reuisis
Templa tuo comitata viro. Ter lumina terris
Dum sol extuleris, superi tibi lumina solis
Clara latent. mox ęgra vias, atq. auia rimans
Lustras inter doctorũ hominũ sedisse Puellum.

Aspi-

Aſpicis, & ſuperi docuiſſe arcana parentis.
Sed quid ego?iā iam paulatim accedere cerno
Flagrumq. ſpinaſq., cruoremq. altamq.colūnā
Regis vbi male nixa arctis sūt corpora vīclis,
Corpora iam dudum validis lacerata flagellis.
Ah ſuperum Rector nimios ſenſure dolores!
Dū populos ad tēpla doces; ingrata minatur
In Dominum Iudæa ſuum, lapideſq. necemq.
Tuq. iram auertens latitas, & detegis ora,
Ora quibus cœlum, tempeſtateſq. ſerenas.
Mox ego proſpicio dum nocte ſilente feraci
Horto,non violas, nō iam lecturus acantuhm
Pubenteſq. roſas,ſed olentia gramina myrrhę.
Lethalemq.tibi lecturus ab arbore fructum
Vitalem nobis. Igitur dum noctis in vmbra
Ipſe tuum precibuſq. Patrem,verbiſq. fatigas.
Ah Genitor Natum ſublimi reſpice cœlo.
Tam diras auerte neces: Tamen omnia fiant
In votum, nutumq. tuum. dum talia fatur
Terq. ſuū precibus genitorem nocte precatus
Sanguineos ſubdit ſudato è corpore riuos.
Impius accedit, quem legerat ipſe ſenatus
Syderei comitem, tactęq. dat oſcula fronti
Impie ſic nullis inuenta infamia ſæclis
Quid

Quid pia contigis temeratis ora labellis?
Ne tantum committe nefas temerarie. retro
Ora fer. immitẽ, nec amica per oscula mortẽ
Tradere; nec dominũ sub amici nomine, fidũ
Tradere. prodenti Mors inferet illa cruenta.
Tunc igitur sacris libatis oribus infit
Cœlicolum Rector. Quẽ quæritis? Illa repente
Turba cadit, velut irata cum mittitur Arce
Fax superas imitata faces; tremit õnis ab ictu
Pulsa ratis. frangitq. suam cũ remyge puppim,
Turba, sed exurgẽs, Dominũq. Deũq. reuincit,
Mitior ille tamẽ manibus post terga reuinctus
Præsidis ad sedes, multoq. satellite cinctus.
Cum gladijs, cultrisq. & fustibus vndiq. fertur.
Hic ego militibus delusũ agnosco prophanis,
Nunc huc, nunc illuc mitti, spretumq. remitti,
Percussumq. genas, fœdaq. aspergine vultum
E sputo læsum. Quid nunc temerarie sacras
Percutis, & fæda teneras aspergine malas?
Quas tũ accẽdi cupiũt obtutu hęrere sub vno.
Cœlicolæ nec fixa quærunt auertere tantis,
Lumina luminibus. Tu nunc fæx vilior alga
Tã sacras temerare genas potes improbe miles?
Ne fædas extende manus, ne fætida pande
Ora,

Ora, quibus ſtygias valeas terrere phalanges.
Præſidis en video te rurſus ad atria mitti
Ex illo illuſus toties, qui tradere mortem.
Tentauit, regni timidus ſceptriq. caduci,
Interiit & inſontes, vt te quoq. cæderet idem
Bethlemios tenero tepefecit ſanguine muros.
Ergo vbi tu longa deluſus harundine, tangis
Præſidis accinctus numeroſo aulęa tumultu
Ille tuam longo ſectatus tempore mentem
Aſſeruit iuſtumq. hominē, nec crimine læſum
Nulla nec inuenta eſt, quę te macularit origo.
Inuida ſed populo rabies exclamat vt alto
Perferat infamem defixus ſtipite mortem.
Ille canum veluti rabiem furiamq. cruore
Expleret, ſacros lauarier imperat artus,
Atq. ſub eduris frigeſcere membra columnis.
Nec mora iuſſa obeūt, dñūq. ad marmora victū
Innumero tandem lacerato verbere læſus,
Non hominis cui vultus eras præconia rurſus.
Pręſidis adducunt, quem dum cōſpexit hiatus
Corpore mille ſuo referentē, & mille flagellis.
Percuſſum oſtēdit, populoq. eſt ore loquutus.
En Homo. iam tanto non dum ſatiata cruore
Eſt rabies Iudęa: tui iam membra Tonantis

Aſpice

Aspice verberibus dyro manantia tabo
Immanes quis nēpe lupos, quisue expleat iras?
Quas neq. caucaseo surgunt q̄ vertice tanta
Nec retinet, quas seua, Tygres hircania nutrit,
Quæue suis dat Nili⁹ aqs, aut Aphrica mōstra
Non adeò prædura silex, quam dum videtur
In superum Iudæa, Ducē. Quid cædere quæris.
Qui tibi fert verum cœlesti ex arce salutem?
Hoc pietas, hoc vestra salus, hoc gratia coeli
Hoc meruit cęlestis amor, gens impia, amoris
Immemor illius, quo te dignatus olympe
Visere? hic Regem, sic grādia numina tēnis?
Siccine vis mortem supremo inferre Tonanti?
Hoccine cum tui meruit: nunc corda venerè
Tabifico Alecto stimulis agitata nefandis
Infecit, quænam te nunc sententia vertit?
Tu quondam dilecta Deo, malegrata parente
Cædere vis. Stygio qui te reuocauit ab Orco?
Pone odium crudele, aliā nunc accipe mentē.
Sed qd verba iuuāt, q due irrita iurgia ꝓsunt?
Vritur illa magis, magis, & bacchatur, & ardet
Semper, & infensas extollit ad Æthera voces
Præses eū committe Cruci. Mox deniq. Præses
Hūc dānat, populoq. manus, spectāte lauauit,

 Tu

Tu vero Pater alme cruci superis, & alto
Colla iugo, ferriq. lubens ad culmina montis
Culmina ferales superi visura ruinas
Principis, & longa traheris cum teste fluensq.
Sæpe tuos vrgendo pedes dat pectore prono
Concidere; & multo terram sparsisse cruore
Iamq. infelici sonitu procul ære canoro
Increpuisse tubam, seductoremq. per vrbem
Vulgari; & vario misceri murmure vulgus
Audio. Mentito tubicen canit ore prophanus
Hic ille est populum, qui seditione replebat,
Atq. fatebatur diuini numinis ædem
Velle sua soluisse manu, tu duroq. resectam
Ad coelum rursus renouato attolere saxo.
Damnatus stygio Romano Præside letho
Poenarum loca celsa petit, colloq. reuinctus.
Fertur in excelsis graueolētia culmina montis,
Vt geminos inter fures trabe pendeat alta;
Sic sacrum soluat templum, triduoq. resurgat
Per Fora sic passim Tubicen resonabat, & vrbē
Implebat rumore graui; Pars obstupet illum
Tot stygios reuocasse orco, nunc fata subire
Pars sperat non posse mori: vanoq. repletur
Ambiguum sermone forū, atq. ignobile vulgus

Interea Regina Parens, dum quæreret illum
Anxia per Salyma, singultibus ætherea cōplēs
Ambrosias it scissa comas; mox fertur ad aures
Mæsta tubæ vox illa: repente exterrita Virgo
Corripit; & misero contorquens lumina Nato
Vix illum agnouit, totasq. expalluit artus.
Ah Mater, non iam mater, sed flentis, & orbæ
Spectaclū infelix, quid cū super arbore cernes
Brachia, turpatosq. immiti more capillos;
Oraq. demissos oculos, & serta gerentem
Spinea, & immani patefactum pectus hiatu.
Ille iam iam sublimi in vertice sistit,
Substolluntq. trabem, clauisq. afficitur insons
Luctisonum Genitrix vlulatū ad sydera mittit
Crudelemq. vocat sese, quòd talia cernens
Vulnera, tàm sæuos, sæua cum morte dolores.
Oscula dat ligno, sua, quo spes vnica pendet,
Incipit, & tales haurire è corde querelas
Non talia quidem promebat pectore dicta
Ast patiens Regina poli, Natumq. spectabat
Hæc tantū taciturna promens de pectore vota
Ecquis ab excelsa materni nominis arce
Deiectus voluit tàm duris, Nate, periclis?
Nate me' sanguis, quis tè mihi diripit? ecquis

Te fera tempestas agitatis obruit vndis?
Quò raperis mea vita? tuæ mihi lumina lucis
Ah rapis, miseræ lux vnica facta Parenti,
Quò fugis? & tantis deiectam, Nate, periclis
Deseris? Ah Natū quicumq. interficis Hostis,
Si pietas est vlla solo, precor obrue matrem
Obrue, crudelesq. neces, atq. illita tela
In nostrum miles, miserabile conijce pectus
Conijce. Tum nato dulcem repperire quietē
Vt valeā, & stygias secū sim ducta per ūbras.
Meme, adsum, misero, meme, configite ferro.
Diuellat Mors sæua ambos, peream, & ambo
Quàm benè crudelem lenirent astra cruorem?
Vnica, si miseros raperet mors mitior ambos!
Talia præduri, dederat sub tegmine ligni
Mater, & heù lachrymis maduerāt ora ꝓfusis.
Tum subito nitido modo, qui fulgebat in axe
Cynthius in piceo fulgentes turbine bigas
Condidit, & retrò currus conuertit, & aureas
Infecit rubigo comas, sine luminē terris.
Ille diù męstę patefecit nubila frontis,
Et sua ceruleo vultum detexit amictu
Germani soror ore sui, lachrymosaq. fudit
Flumina, & inferias attraxit astra fauillis.

Cœli-

Cœlicolum soluere Duci, Terræq. parenti:
Quid taceã? moriente Deo, caua saxa fatiscũt;
Frendẽsq. ingeminata cõtorta tonitura Tell'
Dissitaq. horrendo moles tremit alta fragore,
Post varios tandem casus, miracula rerum,
Ah Cœli, terræq. iaces Sator optime, dyro
Confessus mucrone latus. Mox stipite corpus
Deponunt exangue suum. Tũ languida Mater
Singultus, Gemitusq. ciens, has orsa querelis,
Occidis ò hominũ, diuumq. æterna potestas?
Occidis, & miserã, quod deseris alme Parentem?
Ecce iaces; en trunca tui nunc colligo mẽbra
Corporis, & laceros iniectis ictibus artus.
Hæc facies est illa beans, hominesq. Deosq.
Quã superi spectare flagrant, quæ lãpada solis
Præstabat manib', nũc, heu, percussa prophanis
Hinc vbi misero, quos mors tegit atra sopore?
Hæ ne manus finxere polũ, Terramq. iacentẽ?
Verbiuoli, fluctusq. salis, scopulosq. sonantes?
Hoccine nũc corpus nono, quod sydere noster
Sensit, & ætherio gestauit pondere venter?
Hos q̃rulos dabat illa modos, ex cepta Tonãtis
In gremio dũ mẽbra fouet, fruiturq. perempto
Nato iam mæsta suo, fortasse labascens:

Quid reliquũ purgāsiā iā lachrymabilis imber
Effluit, & madidis irrorat fontibus ora
Te veneror Rex alme Deũ; Rex alme Virorũ.
Terrarũ, cœliq. sator, Dominumq. Deumq.
Agnosco, mentemq. patris, qui solus olympo.
Omnia suo Terno moderatus numine regnat,
Atq. tuos nunc ante pedes Rex optime Regũ
Ensemq. sceptrumq. & Regificum Diadema
Obycio, & posito veneror tua numina serto:
Tu vero tantos mihi, qui, Pater alme dolores
Aetherio delapse polo fers, altaq. fundis
Fulmina sanguineis mundum tergentia riuis.
Exhaustis vitæ pelagiq. laboribus huius
Quo nymbos vultus, tempestatesq. sonoras
Sub pedibus facias. nubes, & sydera tangam.
Sic cecini mæstus, dũ carmina lymphis irrorat
Frõs mæsta, cũ plorans cantãdo pectora rupit
Immemor tale telum, & corda distulit Amor.

LIBER SEXTVS.

CHRISTVS SOLYMAM ALLOQVITVR.

Nolite flere super me, sed super vos flete.

EN quis te furor, & rabidæ dementia mẽtis
Cæpit, vt auctorem nescires protinus, à quo

Vera salus speranda tibi, quæ venerat olim
Infelix soly mes languentē, atq. ore trahentem
Infelicem animam, centenaq. vulnera passam,
Stipiteq. affigis duro, & trabs condis in alta,
Vnde laboranti moriatur pendulus ore,
Et iubeat scindi lapides, moueriq. montes,
Luminaq. abscondi tenebrasq. incūbere terris,
At vos ò solyme Matres ò nescia luctus
Funera ploratis, neù nostri damna, doloris
Noscite maiores maneant voluentibus annis
Vos luctus, & vestra cadet cum mænibus altis
Vrbs antiqua potens Romano milite turpi.
Exequata solo tum magnā effusa per vrbem,
Proh scelus Iudæa ibit, tum scindere crines
Fas erit, & longos oculis educere riuos;
Quales natiuo promanant pumice fontes,
Tum gemet infelix crescente puerpera ventre
Non tentare fugam, non alto incedere gressu
Quę poterit, sed prę da hosti, raptusq. iubebit.
Tū gemet, & nutrix, q̄ matris ab vbere rapto,
Abducet pueros, qui non per deuia lustra
Ire quæunt. superare iugi, nec culmina longi
Tunc, & dyra fames vestra grassetur in vrbe,
Nec dubitet Mater proprio iā sanguine Nati

Aspicis, & superi docuisse arcana parentis.
Sed quid ego? iã iam paulatim accedere cernò
Flagrumq. spinasq., cruoremq. altamq. colũnã
Regis vbi male nixa arctis sũt corpora vĩclis,
Corpora iam dudum validis lacerata flagellis.
Ah superum Rector nimios sensure dolores:
Dũ populos ad tẽpla doces; ingrata minatur
In Dominum Iudæa suum, lapidesq. necemq.
Tuq. iram auertens latitas, & detegis ora,
Ora quibus cœlum, tempestatesq. serenas.
Mox ego prospicio dum nocte silente feraci
Horto, non violas, nõ iam lecturus acantuhm
Pubentesq. rosas, sed olentia gramina myrrhę.
Lethalemq. tibi lecturus ab arbore fructum
Vitalem nobis. Igitur dum noctis in vmbra
Ipse tuum precibusq. Patrem, verbisq. fatigas.
Ah Genitor Natum sublimi respice coelo.
Tam diras auerte neces: Tamen omnia fiant
In votum, nutumq. tuum. dum talia fatur
Terq. suũ precibus genitorem nocte precatus
Sanguineos subdit sudato è corpore riuos.
Impius accedit, quem legerat ipse senatus
Syderei comitem, tactęq. dat oscula fronti
Impie sic nullis inuenta infamia sæclis
Quid

Quid pia contigis temeratis ora labellis?
Ne tantum commite nefas temerarie. retro
Ora fer. immitẽ, nec amica per oſcula mortẽ
Tradere; nec dominũ ſub amici nomine, fidũ
Tradere. prodenti Mors inferet illa cruenta.
Tunc igitur ſacris libatis oribus infit
Cœlicolum Rector. Quẽ quæritis? Illa repente
Turba cadit, velut irata cum mittitur Arce
Fax ſuperas imitata faces; tremit õnis ab ictu
Pulſa ratis. frangitq. ſuam cũ remyge puppim,
Turba, ſed exurgẽs, Dominũq. Deũq. reuincit,
Mitior ille tamẽ manibus poſt terga reuinctus
Præſidis ad ſedes, multoq. ſatellite cinctus.
Cum gladijs, cultriſq. & fuſtibus vndiq. fertur.
Hic ego militibus deluſũ agnoſco prophanis,
Nunc huc, nunc illuc mitti, ſpretumq. remitti,
Percuſſumq. genas, fædaq. aſpergine vultum
E ſputo læſum. Quid nunc temerarie ſacras
Percutis, & fæda teneras aſpergine malas?
Quas tũ accẽdi cupiũt obtutu hęrere ſub vno.
Cœlicolæ nec fixa quærunt auertere tantis,
Lumina luminibus. Tu nunc fæx vilior alga.
Tã ſacras temerare genas potes im ꝓbe miles?
Ne fædas extende manus, ne fætida pande
Ora,

Aſpice verberibus dyro manantia tabo
Immanes quis nēpe lupos, quiſue expleat iras?
Quas neq; caucaſeo ſurgunt q̄ vertice tanta
Nec retinet, quas ſeua, Tygres hircania nutrit,
Quæue ſuis dat Nili⁹ aqs, aut Aphrica mōſtra
Non adeò prædura ſilex, quam dum videtur
In ſuperum Iudæa, Ducē. Quid cædere quæris.
Qui tibi fert verum cœleſti ex arce ſalutem?
Hoc pietas, hoc veſtra ſalus, hoc gratia cœli
Hoc meruit cęleſtis amor, gens impia, amoris
Immemor illius, quo te dignatus olympe
Viſere? hic Regem, ſic grādia numina tēnis?
Siccine vis mortem ſupremo inferre Tonanti?
Hoccine cum tui meruit? nunc corda venerè
Tabifico Alecto ſtimulis agitata nefandis
Infecit, quænam te nunc ſententia vertit?
Tu quondam dilecta Deo, malegrata parente
Cædere vis. Stygio qui te reuocauit ab Orco?
Pone odium crudele, aliā nunc accipe mentē.
Sed qd verba iuuāt, q due irrita iurgia ꝓſunt?
Vtitur illa magis, magis, & bacchatur, & ardet
Semper, & infenſas extollit ad Æthera voces
Præſes eū committe Cruci. Mox deniq. Præſes
Hūc dānat, populoq. manus, ſpectāte lauauit,

Tu vero Pater alme cruci ſuperis, & alto
Colla iugo, ferriq. lubens ad culmina montis
Culmina ferales ſuperi viſura ruinas
Principis, & longa traheris cum teſte fluenſq.
Sæpe tuos vrgendo pedes dat pectore prono
Concidere, & multo terram ſparſiſſe cruore
Iamq. infelici ſonitu procul ære canoro
Increpuiſſe tubam, ſeductoremq. per vrbem
Vulgari, & vario miſceri murmure vulgus
Audio. Mentito tubicen canit ore prophanus
Hic ille eſt populum, qui ſeditione replebat,
Atq. fatebatur diuini numinis ædem
Velle ſua ſoluiſſe manu, tu duroq. reſectam
Ad cœlum rurſus renouato attolere ſaxo.
Damnatus ſtygio Romano Præſide letho
Pœnarum loca celſa petit, colloq. reuinctus:
Fertur in excelſis graueolētia culmina montis,
Vt geminos inter fures trabe pendeat alta;
Sic ſacrum ſoluat templum, triduoq. reſurgat.
Per Fora ſic paſſim Tubicen reſonabat, & vrbē
Implebat rumore graui; Pars obſtupet illum
Tot ſtygios reuocaſſe orco, nunc fata ſubire
Pars ſperat non poſſe mori: vanoq. repletur
Ambiguum ſermone forū, atq. ignobile vulgus

Interea

Interea Regina Parens, dum quæreret illum
Anxia per Salyma, singultibus ætherea cōplēs
Ambrosias it scissa comas; mox fertur ad aures
Mæsta tubæ vox illa: repente exterrita Virgo
Corripit; & misero contorquens lumina Nato
Vix illum agnouit, totasq. expalluit artus.
Ah Mater, non iam mater, sed flentis, & orbæ
Spectaclū infelix, quid cū super arbore cernes
Brachia, turpatosq. immiti more capillos,
Oraq. demissos oculos, & serta gerentem
Spinea, & immani patefactum pectus hiatu.
Ille iam iam sublimi in vertice sistit,
Substolluntq. trabem, clauisq. afficitur insons
Luctisonum Genitrix vlulatū ad sydera mittit
Crudelemq. vocat sese, quòd talia cernens
Vulnera, tàm sæuos, sæua cum morte dolores.
Oscula dat ligno, sua, quo spes vnica pendet,
Incipit, & tales haurire è corde querelas
Non talia quidem promebat pectore dicta
Ast patiens Regina poli, Natumq. spectabat
Hæc tantū taciturna promens de pectore vota
Ecquis ab excelsa materni nominis arce
Deiectus voluit tàm duris, Nate, periclis?
Nate me! sanguis, quis tè mihi diripit? ecquis

Te fera tempestas agitatis obruit vndis?
Quò raperis mea vita? tuæ mihi lumina lucis
Ah rapis, miseræ lux vnica facta Parenti,
Quò fugis? & tantis deiectam, Nate, periclis
Deseris? Ah Natū quicumq. interficis Hostis,
Si pietas est vlla solo, precor obrue matrem
Obrue, crudelesq. neces, atq. illita tela
In nostrum miles, miserabile conijce pectus
Conijce: Tum nato dulcem repperire quietē
Vt valeā, & stygias secū sim ducta per ūbras.
Meme, adsum, misero, meme, configite ferro.
Diuellat Mors sæua ambos, pereamq́, & ambo
Quàm benè crudelem lenirent astra cruorem?
Vnica, si miseros raperet mors mitior ambos?
Talia præduri, dederat sub tegmine ligni
Mater, & heù lachrymis maduerāt ora ꝑfusis.
Tum subito nitido modo, qui fulgebat in axe
Cynthius in piceo fulgentes turbine bigas
Condidit, & retrò currus conuertit, & aureas
Infecit rubigo comas, sine luminē terris.
Ille diù mestę patefecit nubila frontis,
Et sua ceruleo vultum detexit amictu
Germani soror ore sui, lachrymosaq. fudit
Flumina, & inferias attraxit astra fauillis.

Cœli-

Cœlicolum soluere Duci, Terræq. parenti:
Quid taceã? moriente Deo, caua saxa fatiscũt;
Frendẽsq. ingeminata cõtorta tonitura Tell';
Dissitaq. horrendo moles tremit alta fragore,
Post varios tandem casus, miracula rerum,
Ah Cœli, terræq. iaces Sator optime, dyro
Confessus mucrone latus. Mox stipite corpus
Deponunt exangue suum. Tũ languida Mater
Singultus, Gemitusq. ciens, has orsa querelis,
Occidis ò hominũ, diuumq. æterna potestas?
Occidis, & miserã, quodeseris alme Parentem?
Ecce iaces; en trunca tui nunc colligo mẽbra
Corporis, & laceros iniectis ictibus artus.
Hæc facies est illa beans, hominesq. Deosq.
Quã superi spectare flagrant, quæ lãpada solis
Præstabat manib', nũc, heu, percussa prophanis
Hinc vbi misero, quos mors tegit atra sopore?
Hæ ne manus finxere polũ, Terramq. iacentẽ?
Verbiuoli, fluctusq. salis, scopulosq. sonantes?
Hoccine nũc corpus nono, quod sydere noster
Sensit, & ætherio gestauit pondere venter?
Hos q̃rulos dabat illa modos, ex cepta Tonãtis
In gremio dũ mẽbra fouet, fruiturq. perempto
Nato iam mæsta suo, fortasse labascens

Quid reliquũ purgã∫∫ã iã lachrymabilis imber
Effluit, & madidis irrorat fontibus ora.
Te veneror Rex alme Deũ, Rex alme Virorũ.
Terrarũ, cœliq. ſator, Dominumq. Deumq.
Agnoſco, mentemq. patris, qui ſolus olympo
Omnia ſuo Terno moderatus numine regnat,
Atq. tuos nunc ante pedes Rex optime Regũ
Enſemq. ſceptrumq. & Regificum Diadema
Obycio, & poſito veneror tua numina ſerto:
Tu vero tantos mihi, qui, Pater alme dolores
Aetherio delapſe polo fers, altaq. fundis
Fulmina ſanguineis mundum tergentia riuis.
Exhauſtis vitæ pelagiq. laboribus huius
Quo nymbos vultus, tempeſtateſq. ſonoras
Sub pedibus facias. nubes, & ſydera tangam.
Sic cecini mæſtus, dũ carmina lymphis irrorat
Frõs mæſta, cũ plorans cantãdo pectora rupit
Immemor tale telum, & corda diſtulit Amor.

LIBER SEXTVS.

CHRISTVS SOLYMAM ALLOQVITVR.

Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos flete.

EN quis te furor, & rabidæ dementia mẽtis
Cæpit, vt auctorem neſcires protinus, à quo

Vera falus speranda tibi, quæ venerat olim
Infelix Soly mes languentẽ, atq. ore trahentem
Infelicem animam, centenaq. vulnera passam,
Stipiteq. affigis duro, & trabs condis in alta.
Vnde laboranti moriatur pendulus ore,
Et iubeat scindi lapides, moueriq. montes,
Luminaq. abscondi tenebrasq. incũbere terris,
At vos ò solyme Matres ò nescia luctus
Funera ploratis, neù nostri damna, doloris
Noscite maiores maneant voluentibus annis
Vos luctus, & vestra cadet cum mænibus altis
Vrbs antiqua potens Romano milite turpi.
Exequata solo tum magnã effusa per vrbem,
Proh scelus Iudæa ibit, tum scindere crines
Fas erit, & longos oculis educere riuos;
Quales natiuo promanant pumice fontes,
Tum gemet infelix crescente puerpera ventre
Non tentare fugam, non alto incedere gressu
Quę poterit, sed pręda hosti, raptusq. iubebit.
Tũ gemet, & nutrix, q̃ matris ab vbere rapto,
Abducet pueros, qui non per deuia lustra
Ire quærunt. superare iugi, nec culmina longi
Tunc, & dyra fames vestra grassetur in vrbe,
Nec dubitet Mater proprio iã sanguine Nati

Vescier; & puerũ rursum mandare sub aluo,
Et nostræ necis vltor atrox Romanus ouabit,
Sublimiq. petet Victor Capitolia Curru.
Turbaq. iam vestri Nati captiua sequentur,
Tum vobis flẽdi dabitur lachrymabile tẽpus
Tũ impune comas, flauosq. abscindere crines
Fas erit in mediũ lachrymaberis. Ipsaq tellus
Omnia in ardentes spectabit abire fauillas,
Nõ lapis, aut paries supet. Vĩ grãde sepulchrũ
Marmor erit, quo deuotos ꝓperare Nepotes
Syderea signata auidos vestigia planta
Lambere conspiciam, desertaq. terra iacebis
Excidium deflete vestrũ, non funus acerbum.
Quod potior. Sic fat⁹ erat. Moxq. ordine pãdit
Singula, quæ nostri proaui videre iacentem
Æquatãq. solo Solymmã, cur maximus Orbis
Vrbis Amor Titus, & Romanæ gloria, gentis
Subiuga Iudæam mittet, gentemq. rebellem,
Ingratamq. Deo, qui semper amauerat ipsam
Captiuam ducens celebri Capitolia Curru
Victor ouans scandit, Cesisq. insignis Hębręis
In mare sanguineo cruoris flumine fluxit
Corpora Cęsorum voluens extincta Virorum,
At vos ò Solymi, qui iam dispersa per orbem
Pro-

Progenies itis genus, alto à sanguine Regum,
Cur nunc seua Cohors imbelle ducitis æuũ ?
Cum licèt brachijsq. Deus vos quærat apertis:
Libera Romanis supponere colla cathenis.
Ite, agite, & quem vos patrijs vidistis in oris
Nascentem grati vos tandem agnoscite Regẽ.

GOLGOTHA MONS.

QVò ꝑpas ò Christe Deus, quç culmina lass?
Celsa legis, ducisq. pedes, dũ terga grauãt?
Stipitis impositi trunco dum sanguine vestem
Abluis ob longam, madefactaq. cõpita montis.
Quid duro penetrare iugumuis optime cliuos?
An Maria, an terras vis despectare caducas?
Vertice sublimi positus, totumq. tueri?
Imperium, totumq. minans date iura per orbẽ?
An quo cuncta trahas ad te, coeloq. volantes
Ad tua compellas, latera, & compage sub arcta
Hinc tu dependens toto spectabilis orbe
Bracchia mortali pandes, & vertice ab alto
Errantes per saxa vocas. Huc pectus apertum
Acriter; hac superi conduntur limina Regni
Hinc dabis ingentes accenso è pectore voces,

Et

Et dabis, vt tellus concussa mole tremiscat;
Motentur montes, & concaua saxa fatiscant.
Et gemat extinctũ, pauitans Natura, parẽtem.
At tu tolle vago fastigia Golgotha cæco,
Et tua sublimes obscurent culmina montes
Culmina sydereo dudum rubefacta cruore
Ipse tibi cedros libanus submittat olentes
Submittat Carmel⁹. Inest tibi maxima cedrus,
Cuius quatrifido pendet sub stipite Rector,
A quo pẽdet hum⁹, mutãdaq. machina mũdi,
Qui tenet æquales æquato examine lances
Cedit, io, Synas, non bonaq. iura Deum Rex
Monte tuo scribit, quã, quæ sub nubibus atris
In lituis clangorem inter, flammasq. rubentes
Edidit, & populis liquit celebranda futuris.
Cedit. iò Tabor, cedit tibi palmifer Hernon;
Et Sion vetus, & palmis insignis Idume.
Quid iuga frondosi latè memorantur olympi?
Quiq. polũ concingit Athon: si montibus illis
Perpetuo, ver, stare nitet, nec frigore tetro
Bruma, nec algentes audent vestire pruinæ?
Nec ferus extorret sitientes Syrius agros,
Nec coniurati commiscent prælia venti
Golgotha sydereo distinctos sanguine flores
Semper

Sẽper alet memorãda suo nec vertice nimbus
Aëra circũdet tenebrosum, aut misceat ũbras.
Ver aderit; ver semper erit. tu golgotha cœlũ
Iungis humi, discisq. poli reserare cacumen.
Tu das iura solo, supero tumittis olympo
Candentem fumum, sacras dum libat ad aras
Insignis iam cœli Aries, qui sanguine fuso
Pacauit tumidi iam corda asperrima Patris.
Tu montes inter celeberrim⁹. Hinc De⁹ orbẽ
Aspectat, terrasq. vocans ad bracchia gentes
Mons superis dilecte alto contermine cœlo
Tu mons ille, iugũ cuius non contigit imber
Insolitus qui mersit humum terrisq. iacentes,
Ad te venit Auis ramum felicis oliuæ
Excipiens, te manè sua sol luce salutat,
Te solis radij te sydera matutina
Aspectant, laudesq. canunt, & carmina dicunt,
Mons superis dilecte alto contermine cœlo.

CONIVGIVM CRVCIS.

NAmquis te duri cepit Deus inclyte trunci
Tãt⁹ Amor; q̃ tanta tuas vlserre medullas?
Quæ semper calidum seruant incẽdia pectus?

Ipse

Ipſe quidem terræ peteres cum maximus oras
Æthereas linquens ſedes, & regia cæli
Atria, non ſolito flagraſti ſemper amore
Dilectæ trabis: hanc etiam tu fingere ſuetus.
Cum Senior ſerra reſcaret ligna tenaci
Forte pater teneraq. manu ſapientior ipſis
Aptabas humeris pondus non lene futurum.
Ah quoties, liquidas patrij Iordanis ad vnda
Arboris ò truncos amplectabaris amatos:
Et ſolitus tales effundere pectore voces.
O coniux dilecta veni, lectumq. paratum,
Cum vario conſterne Croco, violaq. rubente,
Narciſſoq. Roſaq. & purpureis Hyacinthis,
Et vario iuuat herbarum aſpergere nymbo.
Dulcis Amor, Trabs dulcis, aue gratiſſima cō-
Nonne vides tibi cētenas exordine Natas(iux.
Coniugio dilecta tuo me coniuge partas:
Tu paries Heroas, & alti ad ſydera cœli
Tute feres, doceſq. viam, vireſq. labores.
Dulcis Amor, Trabs dulcis, aue gratiſſima cō-
Naſceris gratos, atq. amplexabere trūcos(iux
Intrepidis, ò Chriſte, animis, & mille nepotes,
Qui ſola gaudebunt roſeis aſpergere nymbis
Pingere dilectum, roſeoq. colore cubile.

Dulcis Amor, Trabs dulcis, aue gratissima con-
Iam tibi stelliferi clauis præbetur olympi.(iux
Pāde fores superum, cui iā libet optima cōiux
Pande polos; tibi fas aperire nitentia Diuùm.
Limina cœlesti, tibi fas immittere Regno.
Dulcis Amor, Trabs dulcis, aue gratissima cō-
Ipse tibi iuro per gratum nomen Amicæ, (iux
Per connubia sancta; per intactos Hymenęos
Me tibi coelituum sceptrum sublime daturū.
Tu totū veneranda ibis Regina per orbem.
Dulcis Amor, Trabs dulcis, aue gratissima cō-
Sed cur sera venis? Cur nō dilecta petebas (iux.
Cōnubiū multo ante meas cū flāma medullas
Vreret, & grati geminarem nomina trunci,
In quo iucundum fouissem pectore somnum.
Dulcis Amor. Trabs dulcis, aue gratissima cō-
Tu mihi lassato placidam iucūda quietē (iux.
Sola dabis, tu sola me solamen amoris.
In te sceptra geram; cingā diademate frōtem
Nostra verebuntur totum gens iura per orbē.
Dulcis amor, trabs dulcis, aue gratissima cōiux
Ergo veni, expectata veni, iam sterne cubile,
Ipse tuus dilectus adest, cape mollia dulci.
Membra sinu, spōsumq. foue. tu brachia pāde.

Pande

Pande manus, cãdore niuẽ quis vincere fas ẽ,
Sed mox ènostro cingendæ sanguine vincent
Purpureos haustus, cultiq. Rosaria Pæsti.
Dulcis Amor, trabs dulcis, aue gratissima con-
In te quiescam clauis confossus ab orbis (iux
In te cunctus Amor, totum saluarier orbem
Iam cogunt vexilla Dei, Pandetur Olympus.
Crux alta cęli summi Rectoris, & orbis
Aula, per quã ditis lugebunt tarthara Regis.
En lætus excipior, tu læta suscipe lætum.
Sanguine straturum Regna nigerrima Ditis.
Sacro cruore fuso, diceris diua per orbem.
Cunctis adorata Crux alta Regia Coeli.
Iam te complector, tibi figam oscula diua
Per te vita mundo veniet optanda supernis
Sedibus iã dulcis trabs, aue gratissima cõiux.

C R V X.

Latam super astra, Crucem, nostræq. salutis
Argumenta canem, victũq. latentibus hostẽ
Astibus, & sacra reparatam, morte ruinam.
Tu mihi stelligero veniens illapsa vocato
Vrania diuina faue, seu te arduus orbis
Aeter-

Æterna cœlo retinet sub lege mouendus,
Siue nouem dulces inter placitura sorores
Ducis.blanda,choros,numeris dū cōsonat ęqs.
Gratior æternum reuoluit musica cœlo
Hūc adsit,nostrūq.motu tu Dedala plectrum.
Vt malus ætherea delapsus aliger arce,
Qui prius ęthereo sedem sibi ponere coelo
Optarat,miscensq; dolo, decepit Adamum
Carpere fatali suadens ex arbore mala
Vetita, quāquā animo doluit,liceţq. luentem
Omnipotens è floriuagiq. eiecerit hortis
Nudantem sese pudibundū, & veste tegetem,
Ipse tamen folio sciens se magnus ab alto
Venturum, cœloq. genus mortale sumendū
Sed voluit lōgo post tempore maximus altos
Incuruare polos, & rumpere fortia cœli,
Vt se Virgineo latitans arctaret in aluo,
Tum sibi fęlices inter celeberrima syluas
Planta regit; bonūq. tenet sub corde repostū,
Quod latè amplexus ceù stratū molle teneret,
Scilicet arboream genus inter sola vigebas
Sydereo placitura Duci tua purpura cœli.
Astringent culmen, tua radix terreat Orcum,
Et velut aurato reserabit.tarthara ramo,
Vnde

Vnde viri pulsis, fugiant Acheronte tenebris,
At tua per totũ spargentur brachia mundum,
Dextrum nẽpe latus figentẽ verget, ad Austrũ
Ad boream læuum, tot dominabere cęlo
Æthereum cõplexa Ducem, cõplexa Parentẽ
Astrorum, cui terra, Polus, cui paret, & æquor,
Imperat, & ventis, atq. orbibus imperat altis.
Nondum iã proprio formarat pondere terrã,
Nec sursum æterno stabiliuerat æthera gyro,
Syderaq. assiduo longè. passura meatu,
Cũ te animo superũ Rector sibi sæpe legebat,
Et sibi mansuras damnabit tempore leges:
Terrarum, cęliq. faber, fabrumq. Parentem
In terris tandem, vt cęlo gaudebunt habendũ
Te per mira Virum signabat gesta tuorum
Cornigeri Vatis, tu Virga, & Dauidis æquor,
Et cessare iubes, sursumq. recedere lymphas.
Tu gelida de caute fauos, & roscida mella
Elicis; & Pharium vincis domitumq. Tyrãnũ.
Te quoq. signarat tangentem sydera schalam,
Vnde ministrantes, gaudebunt scandere cętus
Rexq. quiescebat sublimi in vertice, tu tu.
Armaris signata sacris: tibi nomina mille,
Mille tibi dotes, tibi mille horrentia tela
Pen-

Pendebunt Clypeiq. ostro, gemmisq. decori,
Inque tuo Regum figentur nomina ligno,
Tuq. aderis lætum semper venientibus omē.
At vbi ferrati disrupit Ahenea cœli
Limina, & vt gratæ venientis sybilus auræ
Virginis in casta se clausit amabilis aluo.
Et nono ætherias, post sydere venit ad auras,
Vt te affectabant; summoq. instigabat amore
Crux optata, comas, quoties, frondentis oliuæ
Cerneret, & viridis felicia brachia syluæ
Edidit extremo suspiria feruida corde,
Et circumstantem calefecerat æstibus auram,
Sũt nomoris de serta colẽs, seù pinguis Idumes
Vel celsi Libani, vel frondiferi carmeli
Cerneret auratos surgentes æthere cedros
Quãdo inqt, cupidoq. fruar te coniuge, quãdo
Corpora corporib⁹ cõiũgã, & brachia brachijs?
Iam tandem per terdenos, quos vixerat annos.
Veniret extremi tempus fatale doloris
Strinxerat, & sacris lymposia lauta futuris,
Ipseq. prævalidos accintus sindone lumbos
Lauerat, & linteo plantas absterserat albo
Discipulis, Hymnumq. pro dixere tenore.
Non ego mortalis libaui pocula vini



Nec genimen vitis. Meus est sed sanguis, & hîc
Viscera panis erit; facient hæc sacra Nepotes
Candidulo tritici fructu, & Crateris honore
Ipse mei fundam Carchesia sanguinis, ipse
Hostia mitis ero. Securi crescite Tauri.
Viuite lætantes Agni: Non culter ad aras
Sternet, & innocua tepeant altaria cæde.
Non finita Deū sibi comparet hostia, Ego sum
Infinita meo, quę dedicet hostia Patri.
Dixerat, & vernis vestitum floribus hortum.
Gethsemani dicunt q̄m nomine, vadit, & eheu
Non illum ver dulce tenet, non gramina, nō iā
Mollia labendo rorantes germina riui
Sāguine sudabat vultus: frons sanguine tincta,
Sanguis, & ęthereos pingebat murice flores.
Vidit, & irati vultum patris: Horrida vidit
Humani generis scelera, & placanda Parentis
Numina seuerū, animo lignū affectabat anhelo
Et ter sopitos lethargo, venerat alto
Ter geminos socios Sopor illis lumina dudū
Finxerat, & ramo letheo rore madente.
Senserat, & cęlo iam dudum è nube consciri.
Libandum Calicē, & dyrę færa pocula Mortis
Iamq. propinquabant acies, & proditor ater

Acces-

Acceſſere Deum, vinclis ſtrinxere volentem,
Non vos turba Deum canapo vincitis, & Ære
Vincit Amor, ſed vos caditis, cū nomina pādit,
Ille ego ſum, nomenq. Deus, q ſūmis haber, sū
Vnde homines, volucrūq. gen'sūt, q cq d, & ūdis
Et cęlo viuit, cęco, & ſuſpirat Auerno:
Ducitur Hinc, illinc, illuſum purpura Regem
Velat: arūdo manu, ceù ſceptū rebelle tenetur,
Cęditur infami dextra, ſputaq. ſaliua,
At cum clamātem, lignūq. immane vocantē,
Exaudit turbam, gaudet, plebs clamat Ieſum
Trade cruci, iam trade cruci, Crux expedit, &
Vnius exitio cunctis ad ferre ſalutem. (crux
Et Iam Romuleo damnatus Pręſide prodit
Poſt flagra candenti, lacerataq. mēbra Colūna
Iamq. faber cedro libani, palmaq. virenti,
Atq. è funeſta lignum ferale cupreſſu
Struxerat, & cuneis arctarat ſciſſile focis
Tormenti genus. Hos vt vidit lętus Ieſus
Currit, in amplexus gratę crucis excipit vltrò
Gratū humeris onus, & tāq̄ ad capitolia, tāq̄
Exuuias hoſtile gerens inſigne petebat
Supplicij ſub monte locū; cruor vndiq. venis
Manabat, laceraſq. ęgri veſtigia veſtes

Tardabant, vt arena pedes, languebat amore
Stratus cum latere suo procumbit humi crux.
Et vos æterni cœlorum sistitis orbes
Nec tu fortis Athla, coeli, qui pondera fulcis.
Auctorem tantorum. operum fulcire labantē
Acceleras? similis iam Cyrenas Athlanti
Procūbentis onus iussus capit heu, heu turba
Vos magis ipsū adeò lāguētē extrema ferētē
Angitis, & charum rapitis vos pondus: amatū
Redite iam lignum colles inhiabat ad altos
Sanguinea cū veste lacer, qua Golgotha coelo
Extollit caput, & magis latura tenēdo est
Culmen adhoc iam seminecis, iā vultús anheli
Stat Christi, iam stare sibi, nec ansæ videtur
Currentes horæ, quando iuga celsa subibo
Montis, vbi lectus sternetur floribus ostro
Sanguinis, & roseo latè tingetur honore.
Num mea dilecto coniungens corpora trūco
Quos referā āplexus, q̄ ve oscula dulcia figā?
O arbor dilecta Deo, iam lecta piandis
Criminibus prima surgentis origine Mundi.
Sponsa meæ iungenda thoro, quā numine cęli
Alites, & flexo venerentur poplite Reges.
Excipe me. Vos ò demum abstringite ferrum
Ictusq.

Ictusq. clauosq. & acutum accingite robur
Iam magis eneruem figendo extendite dextrā
Talia dicturus secum voluebat, at illi
Plurima dum flueret cæsa de fronte cruoris
Vnda rubens, sudorq. fluens signabat, & ipsum
Montis iter. Iam Mater adest excita tumultu
Flebilis, & clangore tubæ, quæ pallida visu,
Vidit, vt extincto similem, similemq. cadenti
Natum languentem, quæ non suspiria duxit?
Quos non eduxit de pectoribus singultus?
Sydereæ lugete faces, lugete Parentem
Terra ferax, fluctusq. ferox, tuq. ætheris alti
Tela tenes Genitor, nec inania nubila rumpis?
Nec Natum spectas? O Mater flentis, & orbæ
Infelix simulacrum? en concidis? ite Puellæ
Filiæ Syonis malis stipate cadentem.
Mox vbi culminibus foueam fecère cauatis,
Atq. vbi præcipiti lapides vulsere ruina,
Compositam fixere crucem, cuneisq. reuinctā
Muniuere nouis. Proterruit, impia, radix
Tarthara dum facti sentirent murmur hiatu.
Tū Phlegetontheæ tremuerunt flumina ripæ,
Ingemit, & Princeps Erebi, & gemuere sorores,
Eumenidesq. ima dum tarthara sede moueri

Spectarunt, animasq. nouo gaudere fragore
Tollitur in coelũ crux alta, & adorat Olymp'
Sublimi superum confixum stipite Regem.
Aspicitur tota miseranda Tragedia mundo
Spectator Deus est, & nobilis agmina coeli
Est patiens persona Deus; Mũdusq. Theatrum.
Vos audite Poli, atq. auribus excipe tellus,
Insulæ, & in medijs dispersæ fluctibus. en Rex
Coelituum moritur: iam iam nutare ruina
Terra Parens cepit, concurrere montibus alti
Sunt visi montes; Caua saxa fatiscere coelum.
Exhorrere, nigro velari tegmine, mundum
Amictu vestire. dolent Elementa Magistro
Amisso. Iã terra tremit Mare feruet aquosum,
Et sol ferale tingens ferrugine currum,
Fonte suo pereunte latet, iam luna rubescit.
Syderaq. atratas prætendunt ignea tædas.
Aligeri pacis flebant, quod nobile coeli
Numen per extinctum pendet de stipite Dei.
Interea monente Deo, dum mota fatiscunt
Culmina culminibus contraria, saxaq. saxis
Protinus, & mæstis operitur terra figuris.
Vt sese victam ostendat Regina soli Mors
Manibus, & recludit iter, coelumq. tenebris
Vndiq.

Vndiq. & obſcurus nebulis obtexitur aer.
Terraq. terrifico diſcinditur icta fragore,
Nec lucem mouentẽ ipſam roſea aſtra viderẽt
Se alto occuluere polo, interire ſub axe.
Largius, & raptum plangebant ſydera Regẽ.
Tum Deus æterno inſolio cum millia ſiſtunt
Agmina deſpectat terras, Natumq. cadentem
Vidit,& horrẽdo, cũ murmure cũcta moueri,
En ait, en tota crux ſola refulget in orbe
Culmine ſub celſo, patientis,membraq. Nati,
Suſtinet, hæc cœlo ſemper reſplendeat alto,
Et mea cum charis oſtendat fædera terris
Fædera ſydereo iam nunc ſociata cruore
Ex illo auratis viſa eſt rutilare ſub artus
Axe ſub arctoo crux aurea, qua vagus errat
Anguis,& obſcuros moderãt clauſtra Bootes.
Salue crux ſummi præclarũ inſigne parentis,
Irrita iam veterum taceãtur ſceptra Deorum,
Et trifidæ Iouis,indigni cum fulmine flammę
Neptuniq. tridens, & Ditis Cerberus, atri,
Et Martis frameæ, & iucundi tyrſus Iacchi,
Et claua Herculeæ pondus,quã nobile dextrę
Tu fulmen ſublime de quo percutis arces
Tarthareas. Celſo tu lapſum ex æthere fulmẽ.

Obruis in solito stupefactum lumine Paulum.
Tu crux vera Tridēs. Hac sæuas tēperat vndas
Irarum coeli Rector, scopulosq. minaces
Euellit cunctis deducens saxa Carinis.
Tu framea inferni, quæ Prīcipis ora refringis.
Tu Thyrsus, quo mollis amor de rege triūphat.
Sydereo. Tu claua Dei, Nemæūq. leonem.
Maiorē tu sternis Aprū, quē nō Erymanthus,
Sed tremuit totus concussus hiatibus orbis.
Tu resecas validis nascentē pulsibus Hydrā,
Centaurosq. domus stygios, tibi gloria, eois
Trabs fælix debetur honos pacisq. triumphi
Tu currus præclare Dei: taceantur inanes,
Mentitiq. Deum currus, siq. horridus ipse,
Treycijs Mars instat Equis. Si Phœbus olores
Iungit Amicleos. Gauos Saturnia pictos (cos,
Lyricas Vaccas agit, Tardos vaga luna Iuuen-
Et Neptunus equos, & amicas Delia ceruas
Tu superi Ductoris equus. Tu Cygnus, & alt',
Tu Pauo elato, quæ tangis sydera trunco,
Cādida Cerua Dei es. Tu lectus floridus, ex te
Nunc incuruato veneretur pondere cęlum.
Te gemini cecinère poli, te sydera clamant
Reginam astrorum, cui debellare Gygantem
Fas

Fas fuit ęterno, quem claudere tarthara nexu
Aurato fulgens Aries in vellere cedit
Iam tibi frixæum, nam tu non vellus, at ipsum
Sustentas cęli Regem. Tu tempora Veris
Ducis, & auratis reseras splendoribus annum.
Cedit, & ipse tibi Taurus, nam Cornua Tauri
Fregisti stygij: Superi cessere gemmelli
Per te fraterno nam Rex vincitur amore.
Concedit Cancer, cedit leo, tu bene flammas
Effundes, cogisq. tuum flagrare Tonantem
Ergone tu vera pacis, tu Libra bilancis,
Scorpius en fugit, & iusta Polus parte relicta.
Te timet. en cedit pharetrat' Apollo sagittas.
Te fugit Capricornus, & ęthera linqt apertū,
Ipse tibi gelidos concedit Aquarius imbres.
Concedunt Pleiades, cedunt tibi sydera cęli.
Cedunt librantes, cedetq. lychormus Arctos
Ensifer Orcon gelidum tibi tradit, & ipsum
Tymnarides Mare dat certo sub sydere crucē.
Te Lyra, teq. ales, te Pegasus, astraq. demum
Cuncta colūt. Vos Reges, quibus alta potestas
Terrarum ęterni monumēta agnoscite Regis
Hoc signo vincetis adest Victoria cęlo
Ipsa gerunt vexilla crucem, tu clara micabis
Syde-

Syderea sub sede polos, rutilique Pyropos
Sãguinis ostendes terris cum machina mundi
Mota cadet, Mare cum vastũ, Tellusq. Polusq.
In flammas eat, & surgat nouus æthere Titan.
Tu nunc mortales climas spes vna salutis
Aurea crux. ad te fugio, laterisq. cauernam
Cana columba peto: prote sapientia, prote
Detur honos, sed verus honos crux vnica vitę
Norma meę. tunc per mille indigna vagãtem
Tolle Polo super crux altũ insigne Parentis.

LIBER SEPTIMVS.

EPITHALAMION CHRISTI, ATQ. CRVCIS.

EXpectata dies aderat, quę semper amara
Sydereo quęsita Duci dulcissima longè
Extitit in prima nascentis origine Mundi,
Quę sua floridulo pręberet membra cubili
Arboris, & viridi quęsisset stramine somnum.
Iungẽdusq. nouæ properasset amore Maritę.
Tu vero cęlestis hymen, qui corpore iungis
Mor-

Mortali, vincisq. Deum nunc prodere tędas
Tēpus adest, nunc sydereas accendere flāmas
Dulcis ades cęlestis Hymē ò Hymē Hymenęe
Cernitis ętherei Proceres: consurgite cęlo
Ostendit terris tędas nox atra iugales.
Sic certè. viden, vt lętetur Machina Regi
Aligeri properate. Canant connubia mentes.
Dulcis ades cęlestis Hymē. Hymē ò Hymenęe
Crux bona, quę tristi dederas, opprobria mūdo
Infami Damnata neci, quę plectere sontes
Assuèras. terris inuisa, & gentibus, en tu,
Et cęli Decus, & summi sis Sponsa Parentis;
Dulcis ades cęlesti Hymē, Hymē ò Hyminęe
Tempus erit, cū multa tuo sub stipite proles,
Optabit dulcem latè captare quietem,
Et tua iam digna venerètur signa triumpho.
Signa triumphantis superum Victricia Regis.
Dulcis ades cęlestis Hymē, Hymē, o Hymenęe
O syluas inter, lucosq. excelsa sonantes
Arbor Honorata cuius sub stipite fessus
Hospes, qui ramis patruis, q frondibus ūbras
Explicet, & rapido defendet Solis ab ęstu.
Dulcis ades cęlestis Hymē, Hymē ò Hymenęe
Te Duce syluarum gaudent deserta virētum,
Omnia-

Omniaq. exultant nemorum viridantia ligna,
Et dabit humidulas lætissimas pāpinus Vuas,
Lętaq. crescenti florebit palmite Vitis.
Dulcis ades cęlestis Hymē. Hymē ò Hymenęe
Nondū natus amās, nec ad altas luminis auras
Prodierat, cum te diuino ambibar honore.
Ambijt antè polo, quam sydera præfulgerent
Et labyrinthęo fons mare erumperet aureus.
Dulcis ades cęlestis Hymē, Hymē, ò Hymenęe
At vix Bethlemiæ prognatus vagijt antro,
Cum te languenti fertur meditatus amore.
Te propter nascor; te propter sydera linquo,
Et soror, & coniux, summi crux alta tonantis.
Dulcis Hymē, cęlestis Hymē, Hymē ò Hyme-
Mox voluit fabro veniēs sub paupe nasci, (nęe
Vt clauos tractaret, amans, & robur amatum
Diceret. his olim figar; quid fera moraris
Crux optata veni socio dignanda cubili.
Dulcis Hymē, Hymenęe Hymen, Hymē ò Hy
O crux, q̄ terris fertur crudelior arbos; (menęe
Quæ Natum possis cōplexu auellere Matris,
Quæ possis clauis cęlestem figere Regem,
Quę duro retinere Ducem substipite vinctū?
Quid faciunt Hostes capta crudelius vrbe?

Hyme-

Hymeni Hymenę Hymen ades ò Hymenęe?
O crux,quæ terris fertur iucundior arbos,
Quæ diuina tuo firmes connubia trunco,
Fędera,quæ iungas cœlestia iunxit,vt olim
Multicolor post, diluuium sub nubibus Iris
Quid datur? O cœlo felici optatius hora?
Hymen,ò Hymenęe,Hymen ades ò Hymenęe
Vt vitis prostratur virenti enascitur aruo,
Numquam se extollit;nūq̄ sua brachia tendit,
Sed tenerum prono deflectit pondere corpus
Nulli illam coluere viri, nulliq. coloni,
At, si vitisator veniet, sarmentaq. tollet,
Et summum ex ima quatiet radice flagello,
Multi illam coluere viri, multiq. coloni.
Sic crux,dum dānata solo,dum strata iacebat,
Cum par cōnubiū diuino numine adepta est,
Omnibus est optata viris, & culta per orbem.
Hymen,ò Hymenęe Hymen ades ò Hymenęe
Vt quæ dat vanos surgens labrusca racemos.
Conteritur, nulliq. illam accoluere iuuenci,
Nulli iam agricolæ, nullę legere puellę,
At si mox dulces ramis dabit omnibus vuas
Multi illam Agricolę,multi accoluisse iuuenci
Sic crux,dū tormenta dabat, mortēq.nefandā
Terrę

Terrę inuisa fuit:sed mox cum vita pependit;
Illius è trunco cuncti optauere maritum?
Dulcis Hymẽ,cęlestis Hymẽ ades ò Hymenęe.
Tu coniux, tu sponsa, Dei,tu dulce Cubile,
In quo deposuit languentia membra Deũ Rex
Sub grata mollem dũ carperet arbore somnũ.
Vtq. sub oscura, celebret, connubia, nocte
Hesperus est etenim quęsitus amãtibus acer;
Qui lusus, qui furta tegat,geminosq. iugatos
En iubet horrentes coelo properare tenebras.
Dulcis Hymẽ,cęlestis Hymenades ò Hymenęe
Sed tanto cedens, iam cedit ab orbe, marito
Et subter Tetyn ętherei connubia Regis
Concinit, & vasto respõsant murmure mõtes,
Respondent fremitu colles,& saxa resultant,
Totaq.commotus celebrat cõnubia mundus:
Dulcis Hymẽ,cęlestis Hymẽ ades ò Hymenęe
En tuus implicitus florenti tempora serto
Vir properat,dumosq.gerit:iam curre petitos
Vxor in amplexus, & mollia brachia iunge,
Et tua demesso substerne cubilia flore.
Demetè Narcissos,& purpureos Amaranthos,
Et lege diuinos distinctos murice flores.
Dulcis Hymẽ,cęlestis Hymẽ,ades ò Hymenęe
O quos

O quos amplexus, quæ iungit, & oscula tantæ
Cœlicolum Rector Sponsæ fruituræ recenti?
Colloquio. Modoq. iacet iam vinctus aheno,
Et noua desponsa firmat connubia flamma.
Dixit, & ò Oculis mihi charior vnica coniux
Sydereo dignata Thoro, tibi semper acutis
Hærebo clauis fixus comes, ò bona coniux,
Tu cœlo fulgebis. Eris tu lucida cœlo,
Cũ me non felix venientem in nubibus orbis
Viderit, & solio residentem, & sceptra tenentẽ
Te solium sublime mihi, tu firma columna
Tu columen, tu lectus eris, tu sponsa fidelis,
Et soror, & coniux, Populus te pron' adoret,
Et tua Tarthareum terrebunt ligna Tyrannũ,
Dulcis Hymẽ, cęlestis Hymẽ ades ò Hymenęe
Stat, quæ sydereos ad fixos sustinet artus
Quatuor in partes arbor distincta resectas.
Tarthareas radice plagas rimata, polosq.
Vertice syderei reserat, quæ limen olympi,
Hanc Deus amplexus, vinclisq. coercitus arctis
Esse suam voluit, tantoq. ad sydera curru
Vectari spectante Polo. Qua nixus Auerni
Sulphureas penetrauit aquas, & ahena rupit
Limina Regnator, cœloq. immisit aperto.
Dulcis

Dulcis Hymē, cęlestis Hymen, ades Hymenęe.
At vos illustres Animę, quibus ardua quondā
Non data cum gemitu, quin sub caligine tetra
Duxistis miserum miserandis fletibus æuum,
Dicite, quæ stygij prorupit limina Regni?
Quęq. Polos patefecit, & alto admisit olympo?
Dicite, quandoquidem vobis vidisse triūphos
Contigit, & multa Victori plaudere voce:
Dulcis Hymē, cęlestis Hymē ades ò Hymenęe.
Hortus erat primo statio bene nota Parenti:
Delicię terrarum. Arbos vbi plurima cęlo
Brachia pandebat, ramis extensa recuruis,
Omnia delimo Genitor subiecerat orto,
Pomumq. fructumq. & aprici gramina campi
Auricoma, sed quis decerpserit arbore fætus
Mortalem mortis subijsse pericla iuberet,
Ille sed insani deceptus fraude Draconis.
(Inuetitum semper nos dira licentia ducit)
Admouit misero pomum fatale palato.
Inscius exhausit, tetrumq. in vis cera venis
Misit, & in toto descendit corpore pestis.
Dulcis Hymē, cęlestis Hymē ades ò Hymenęe
Tum Mors incubuit terris, tunc ira, dolorq.
Et variæ venere lues. Subit ira Tonantem.

Mergendi tellurem vndis, ac cuncta nouandi
Quē placidis affatur Amor sub pectore dictis.
Flumina quid infida iactas minitātia flammas?
Quid cordi subit ira tuo? tu nostra sequutus
Imperia æthereos cogeris linquere tractus,
Et mundum vestire noua sub nube figura,
Vt pateat nomēq; tuū, laudesq; perēnes. (nęe,
Dulcis Hymen, Cœlestis Hymē ades ò Hyme
Non ego te vltrices iubeam demittere flāmas
Cūcta, nec insanis penit⁹ demergere Lymphis.
Seruetur mortale genus, Cœloq; locetur,
Vt vacui repleant deserti sedilia Cœli,
Ipse ego te miti iubeam sub veste latere,
Regnatorem Orbis, centumq; subire dolores.
(Nullus enim sine amore dolor(si ipse repēdes
Aduersis aduersa, malis, hominumq; ruina,
Arbor origo fuit; sit, & ei⁹ origo salutis.
Dulcis Hymē, cęlestis Hymen ades ò Hymenęe
Dixerat, at tales Genitor seruauit in vsus.
Ipse sibi plantam, qua mox penderet, & illa
Primęuis eluceret Sæclis exitiale Parentis.
Illam altus confecit Amor, iussitq; manere,
Donec ab ęthereo terris descenderet axe.
Dulcis Hymē, cęlestis Hymē ades ò Hymenęe

O ſuperis dilecta arbos, quę ſponſa Tonanti
Principio ſibi lecta iaces, qua pendulus ille
Ambroſiā captet, per roſida mēbra quietem.
Te ſemper Cœlo Rector meditatus ab alto.
Te quoq; virginea sēper meditat'in aluo eſt.
Ah quoties charis optabat iungere truncis?
Brachia, & optato ſua tradere membra cubili
Dulcis Hymē, cęleſtis Hymē, ades ò Hymenęe
Vtq; tuo poſita ſunt membra ſupera lecto
Talia ſublimi dicebat ab arbore pendens.
O deſiderijs nimium quęſita Tonantis.
Amplexu nunc fota meo tete ipſe petiui.
Te volui amplecti, tibi figere baſia noſtro
Tingere teq; oſtro; te cūcta in ſæcula gentes,
O gratum venerentur onus, tibi lāguida sēper
Membra aderant ſpectāda metu ſola deorum
Lumina tu Cœli ſedes dabis irenirentes,
Dulcis Hymē, cęleſtis Hymē ades ò Hymenęe,
Dixerat, & tali, ſubnixus abluerat haſta
Ad Phlegetonthęæ męrentia flumina ripæ
Iamq; propinquabat portæ Dux fortis ahenæ
Arboream quatit ille manu fortiſſimus haſtā.
Tarthareæ tremuere fores. cecidere ſuperbi
Limina Plutonis, ſoli patuere recenti

Tartha-

Tarthara; Tum primũ visa est lux alma diei.
Infernus penetrare domos,& cœca silentum
Menia tum primum picea Cocytus arena
Cõstitit, & pigro Phlegetõ ĩstitit ardu' amne.
Dulcis Hymẽ,cęlestis Hymẽ ades ò Hymenęe.
Illustres rapit ille animas,& ad æthera mittit,
At fuerat latro mixtus, qui talia Regi.
Tu mihi sydereos spondebas ire penates
Regnator venerande Deum, tecumq; serenas
Ad cœli duxisse plagas, vbi lactea molle
Semita pandit iter. Me nunc duc, oro, fidesq;
Stet promissa mihi. Cui sic Pater ætheris alti.
Sume tibi superi venerandum hastile Parẽtis.
Hæc referas,dabiturq; poli contingere limen,
Ille capit. Cœlũq; subit CRVX ipsa recludit.
Stellarum Cœliq; globum, lunæq; meatus.
Dulcis Hymen,Cœlestis Hymẽ ades ò Hyme-
At vos gẽs superis immissa cruorib'astris(nęe.
En Crucis auspicio stygijs erepta lacunis
Semper in arboreos oculos defigite truncos:
Fixus vbi Regnator adest, cui sydera parent
Cui Mare, cui Tell', & toto siquid in orbe est
Hãc colite, hãc vestræ monimentũ insigne sa-
lutis.

Quādo quidē quoq; cęsus amor tua lumina ve
Nudus,& orbari vult lumine.at ille sagittā(lat
Rexit agens,telumq; Dei sub pectus adegit,
Nam dum nodoso penderet stipite Rector
Cœlicolum, nimiumq; suo langueret Amore
Ipse aderat flāmatus amor, vis, inqt, vt hoc te
Conficiam telo? cordisq; extrema recludam?
Languidus ille suàm nescibat reddere vocem.
At caput inflexit, simul annuit illicet, ille
Excussit pharetram, telum coniecit, & ingens
Cæcus cęco vsus?sic te Longine ministrum
Vulneris esse iubet pendentem,& figere ferro,
Extollis Longine manum, tum spicula certus
Rexit Amor,medioq; regēs sub corde locauit
Ictū excepit hum' magnā dedit ista ruinam.
Insonuere cauæ, sonitumq; dedere cauernę
Insonuit trabs icta Dei, pectusq; reclusum
Fudit opes, effudit aquā cum sāguine mixtā,
Et sanguis rubefecit aquas, ipse abluit vndis
Sanguinis, & insuetis ingerunt fędera signis.
Tū manu præsensit Cœcus,sibi lumine lumen
E latere effulsit, radios Cruor aureus egit,
Et roseis tinxere meum Titana colores
At felix tan.. Longine minister amoris

Ardua, qui cœco direxit vulnere tela.,
Cui telum direxit Amor; tibi fulsit Amoris
Lux noua, & innatas eiecit clara tenebras.
Tu quoq; Longine felicior æmula Cœlo
Lancea, diuinum, quæ sic latus acrior vrges,
Vt fremat ingentem conterritus orbis ad ictū,
Et reseras Cœlestis opes Rectoris, Amoris,
Et latus, & superi præcordia saucia Regis
Tu quatis,& subito reson⁹ respōdet Olymp⁹.
Vulneribus,fixosq; tuis bona lancea telis (tis.
Astra quatis,cōcussa sonāt tibi pondus Atlā-
Ingemuit, fixoq; Deo, Natura labascit,
Iussit, & ingenti resonare tonitrua pulsu
Culminaq; specubus. Iugūq; collesq; moueri,
Claraq; mouentem testari sydera luctum,
Nubibus obnubunt Roseū dum cōdita vultū.

DE CHRISTI VVLNERE.

VT fractos videre Duces,viresq; repulsas(no
Ductores Danaū decimo,quos distulit an-
Hector, & egregijs patriam defenderat armis
Aedificant sublimis equi cū numine molem;
Et secto validas intexunt robore costas

Egregios

Egregios Ductorum animos, & corpora cœco
Includunt lateri, qui tum iam mœnia victor
Ascendisse equus demissi fune ruissent
Deuecturi Vrbem, vastaturiq; penates
Iamq; polo surgebat equus, iãq; arbore texta
Eductus Coelo minitans fatale canebat
Excidium, ni iam pandissent numine portas.
Duci intra muros hortantur,& inde locari
Arcibus in medijs, at pars mussabat, & intus
Egregios latuisse viros credebat, & igni
Dona volunt vrenda Deum suspecta,vel aluo:
Ingentes terebrare sinus, totasq; latebras
Cuspitibus tentare feris. Tum maximus æuo
Laocon decernit, & arma insana ferebat.
Ecquis agit pauor ò Ciues? aut mole sub alto
Occultantur equi Danai, vel machina muros
Iliacos ventura super, ruituraq; Troiæ
Antiquas vincentis opes, & fortia Regna,
Dixerat ingentemq; manu vi corripit hastam,
Inquę latus deiecit equi compagibus aluum
Intrat, & Argiuos hastile immittit in hostes
In medio stetit illa tremens, vteroq; foratum
Insonuere cauæ,& dudum gemuere cauernæ,
Et iam iã ferro Danaorũ impingere turmas

Impulerat Graiumq; ictu fędare latebras ;
Ni fęra discordi vetissent numina nutu .
Vt vero Danaumq; dolis, atq; arte pęlasga
Admissus iam intrauit equus, iam moenia pā
Subijciūt lapsū pedibus de more rotarū,(dunt
Scandit, & Iliacos fatalis machina muros
Fæta ducum,pueriq; canunt,& rāgere funem
Gaudet turba manu, superas,& dicere laudes.
Interea Coelum nocturna obtexitur vmbra ,
Excessitq; dies, seq; extulit Oceano nox
Tum phrygij iacuere, & corpora fessa sopore
Mulcebant, non ille ferox obdormijt Hostis
Tum clausos vtero danaos, tum pinea laxat
Claustra Sinō patefactus equ',iā fortis Vlysses
Egreditur,iam Pelides Primusq; Machaon ,
Argoliciq; Duces, Vrbemq; inuadere ferro
Sopitam incipiunt, & scandere moenia vallo :
Arma sonāt,arma arma ruūt. Nox obtegitatra
Iam Terram,Danaūq; dolos.Tenedoq;sodales
Accipiunt alta venientes,agmina iungunt
Conscia iā Danaa ceciderunt pergama,dextra
Iliaci cecidere lares, Priamiq; superbum
Culmen, & optata Danai dominantur in vrbe
Fallor? an, & tales stygij scidere Tiranni
Insidias

Insidias elata polo, cum lignea moles
Est Crucis, & tanto tremuerunt omnia ligno
Iam pater omnipotens è longo legerat ęuo
Fortunatum opus, & Cœlo iã ducere lignum
Cæperat, & factũ sublimi in culmine molem,
Vt vidit Celso molem sub monte parari,
Vnde Tethyn, Terrãq; omnẽ spectabat apertã
Rex Erebi. Quid ligna volũt, quęue addita mo
Dicebat. latet hic aliquis dolus ista mirãdo(les
Machina tolletur Cœlo, gentesq; trahentur
Aspicio latus egregium. Sic dixit, ac inde
Militis Cœci mẽtem venit. hunc iubet, & altũ
Perfodisse latus penitusq; agnouisse latebras.
Iam decurrit agens, telumq; horrendus in aluũ
Torquet, & ingentes vtero insonuere cauernæ.
Hinc aqua permixto dimanat sãguine, qui tũ
Egregij venere duces. quibus horrida semper
Tarthara victa tremũt: tũ tristior incubuit nox
Inuoluens vmbra terram. Tremuere minaces
Excussi montes, cæpere fatiscere cautes. (bris
Tẽpla tremũt, gẽtesq; pauent, sol abdit in vm-
Luctificum caput. At stygios tum linea moles
Pertentat sublata lares, iamq; aerea frangit
Limina. Panduntur portæ, tremit inscius Orci

Rector,

Rector, & adiecta ſtridens immane cathena
Horruit, æternum ſtygio damnatus Auerno
Concuſſæ tremuere fores ſtygijq; penates,
Inferniq; lacus, tunc agmina conſcia iungit
Rex ſuperũ, clauſoſq; Duces ſub carcere cœco
Eripit, & ſupero vincens immittit Olympo.
Venit Adam, gens Iſacidum genteſq; Tonãti
Dilectæ, lignumq; vident lignoq; fruuntur,
Quo ſtygij tremuere lacus, quo Tarthar' ater,
Et Phlegetontheo his victus numine Rector
Horruit, & diræ, tremuerunt flumina Lethes
Sydereis excuſſa minis. tum fracta Erebi vis,
Et ſtygis penitus ceciderunt Regna Tyranni
Cum fera cõfodit penetrans, & vulnere cœco
Dextra lat' trãsfixit, Amor qua parte reſedit?
Cœcus amor, cæciq; ſimul feriendus ab ictu?
Inſonuere cauæ neruo ſtridente cauernæ,
Quales, & excuſſa refluunt è caute liquores
Exeſa in latebra, qualis quam cuſpide Moſes
Perculit, & ſiccas humore inſperſit arenas
Vnde cauernoſo latere exijt, & ſpecus ingens
Confoſſa de parte iacens apparuit. inde
Sãguine permixtus roſeo liquidiſſim' humor
Prodijt, atq; oſtro cryſtalla inſperſa micabant,
Qualis vbi Oceano Titan ſe mergit Ibero

Soluit anhelātem cum fręna insignis equorū
Oceani rubet vnda, & cerula mixta rubenti
Emicat, vt roseas Titan mergatur in vndas.
Talis ab ęthereo, qui venerat altus Olympo
Cynthius, & tristi sese mersurus in vnda,
Seruatorq; hominū, & nigri spoliator Auerni
Monte sub vario steterat latex vnda cruore
Mixta fluit, redditq; oculos,& lumina mūdo,
Vtq; per immensas labentia, flumina terras,
Queq; Indos,Mędosq; rigant, queq; Itala lu-
O vnda natiuis, queq; illucescere gēmis (strāt
Cernimus, & fuluos auro perlabier alueos
Motibus orta cauis, medijs generata cauernis
Sufficiunt vndas, & cerula dona ministrant.
Ecce cauernoso miles latex arduus vndam
Elicit, & scatebris arentia temperat arua
Arua serenatis numquam madefacta pruinis,
Ast qui se medio latitante receperat antro
Flumina dū magna prolabi murmure cernit,
Quo mare,quo Tell'quoue ęquora cōtremue
Exeruit caput, & tales è vulnere cœco (re,
Edidit (edendo resonabant culmina) voces
O quę perpetuo vigiles in amore columbę
Sulcatis vacuum rutilantibus aera pennis,
Et

Et fluuij lustratis aquas sitis vrget anhelum
Guttur, & insano fauces panduntur hiatu;
En vobis spelunca; en tuta cubilia saxo.
Huc nidos struite,& tutis date pignora tectis.
Mox ego centenas videam properare cateruas
Insignes splendore, ac multi coloribus alis
Illis colla micent. quali Thaumantia gyro
Circuit, & vario decorat conuexa monili.
Huc sponsæ longò secedite fęssulæ ab ęstu
Inuitant en saxa, & fonte sedilia viuo
Pumicibusq; excepta latis dum defluit vnda
Gratior, & molli permulcet ripa susurro.
O quot purpureo ducetis, fonte Choreas?
Cæleſtes sponsæ.Specubus quæ gratia nostris?
Alliciet vestras ad dulçia furta lateruas?
Est simul in medio viridi,quæ portegat vmbra
Arbor, & exçeso speciosior imminet antro,
Sunt varij flores; est suaue olens Hyacinthus,
Et Crocus,& vernos sẽper Rosa pandit hono-
Festinate. iugo Libani frondentis odore; (res
Hic mihi puniceo texetis flore corollas; (ris;
Tentaq; pendebunt manibus mihi serta deco
Non deerunt auræ quibus aspirantibus antro,
Tortilis alludet per candida colla capillos,
At

At tu ſyderei numquam fallentis amici,
Et ſoror, & coniux. mihi vulnera plena tuliſti
Vno crine tui, ſtabant vbi retia colli
Illic candet cruor, miſcetur crinibus aurum,
Et me figit Ebur, crinaleq; vulnerat aurem;
En ego vulneribus tantis, en corpore toto
Saucius, & medijs reſplendent vulnera mēbris.
Hæc vos ſponſæ; vos hęc fixiſtis amanti,
Sed non marceſcunt, turpiq; fluentia tabo.
Effundunt, tetros ictus lethalis odores.
Vulnera vulneribus didicit ſanare renatis,
Diues Amor, quin vulnerib⁹ ſtat gratia noſtris
Illic gemmanitet mixtiq; inſignè Pyropi,
Beryllusq; & clarus Onyx, & fulgens Iaſpis.
Illic ſydereo dulces in amore latebræ;
Illic tuta quies, dulceſq; in opaca ſopores.
Hùc ſponſæ properate. parata monilia collo,
En gero: Nec cæco veſtigia turpiter antro
Figatis, pleno ſit lucida lampas oliuo.
Illuc te confer, quo ſydereo labyrintho
Interplexa, tetro nequeas veſtigia ferre.
En formoſa veni, venias, & fuſca capillis,
Fuſca licet ſis nigra licet; patet omnib⁹ Antrū
Ipſa quidem nox fuſca; quies gratiſſima nocte,

Dixerat,

Dixerat, & latebris sese non fugiturus, opacis
Abdidit, & dulci plauserunt culmina motu.

TENEBRÆ IN CHRISTI MORTE.

LIBER OCTAVVS.

INdue ferales tristissima Musa cothurnos,
Flebileq; atrato gradiēs tege corpus amictu.
Desere nūc Choreas, & amātes ludicra soccos,
Seu Cœlū te grande tenet, modulisq; sonoris
Astra moues: quę moto vagas duxere Choreas
Parnasi, seù summa colis, seù culmina Pindi.
Et gelidas eliconis aquas, & laurea Tempe
Nunc alios, nūc mecū alios disquirito mōtes,
Te modo neglecto roseꝰ vult Golgotha Pindo,
Proq; currenti hedera, iam virginea pro lauru
Cinge caput spinis: Helicon sint deniq; fontes,
Quos latus emittit rabido mucrone cauatum
Emissas cane tu tenebras è carcere Ditis,
Vt Deus immensū postquā fabricauerit orbē
Informi è tenebrarū acie, atq; horrore, creato
Lumine, condiderit stygia sub sede tenebras,

Atque

Atq; idem vt forti perrupit ahenea claua
Limina quoſpacto mœſtę erupere tenebrę,
Atq;horrore ſolũ,& gelido impleuere pauore.
Ille erat ęterno (ſi fas eſt dicere) ſęclo
Nullo pręſcriptus magnꝰ Deus ordine fati
Temporibus nullis, nec vidit originis vllum
Principium ne finis erit, qui ſemper ab ęuo
Se ſpectans animo, ſeq; omni è parte beatum
Contemplans ſimilẽ gignebat imagine prolem
Principiũ cui,& ipſe dedit,dumq; ęqua parẽti
Progenies parili Patrem redamabat amore.
Procedebat Amor Trin'Deus,& vnicus Vnus
Deliciũ hoc eſt grande Dei,ſibi ſola voluptas.
Ipſe ſibi ſolus quoq;ſufficit. Hinc fluit omnis
Gloria, & æterni finitur pectoris ardor.
Ex ſe pendet, in ſe terminat laus, à ſe
Incipit, ipſe ambit, quaſi definit vnicus in ſe,
Nec iã opus è rebus quid mẽdicare creandis,
Sed voluit pietatis opus totius amoris
Limite, quas alta concepit mente videndas
Tempore ab immenſo res,& ſe tradere rebus,
Vt sẽper gignens, sẽperq; ſol primus adeſſet
Pręſcriptum longe iam tandem cõdere mũdũ,
Quiq; eſſet ſimul, eſſe alios, exinde iuberet

.Primus adest labor æterna se condere mente
Aligeri ductorem astri te lucifer alto
Constituit solio; tibi cesserat arduus ęther,
Ipseq;te pulchrum pulcherrimus ipse crearet
Inde nouē ęstus,qui mox voluenda mouerent
Sydera pręcipiti semper voluentia lapsu,
Seù Musę fulsere nouem, quibus addita Cœli
Cura foret.regerēt,placidas,vt et astra Choreas
Dum sonat æterno concors discordia Cœlo.
Quem non terrenis hebetati sensibus olim
Excipimus nascēs hominū gen',& modo Ter
Vndiq; adornato statuebat fingere mūdo (ram
Conditor,& flores,& ponere mollibus herbas,
Viuentumq; genus,rudis,indigestaq; moles
Surgere de nihilo iussa est: Nihil orbe iacebat
Humanis nō captū animis. Nihil vndiq; moli
Stabat, & ex omni priuatæ lumine formę,
Informes formæ stabat simul altus abyssus,
Quē dixere Chaos, quē Tartharō alta iacebat
Congeries deformis aquæ. Necdū illa nitebat
Chrystallo meliore Polis,nec in ęquore fluctu
Cesserat,aut stygijs,elementū induxerat vndis
Tarthar' ęther vbi,sedesq; nouissima lymphis.
Nondum sydeream Decus his accesserat arte,

Nullaq; diuini radiabat forma nitores,
Sed ſtabant vmbræ, ſtabat ſine nomine moles
Vndiq; (ſed tollet Deus) exiluere tenebræ.
Nondum perpetuo ſtabant elementa reuincta
Fędere, & ignis aquæ, Terræ mixtus, & Aer.
Nec iam lumen erat. Sole rupere tenebræ.
Aſt, vbi Rex verbo lux clara, appereat, inquit,
Continuo ęterni lux aurea filia Solis
Viſa Deo. Superi, quam laudauere creatam
Aligeri. bona lux. Primus labor ordine primũ
Regis opus, viſuq; ſuo fugere tenebræ, (bris
Nec locus his aderat, Nullus locus orbe tene-
Exceptus erat. Quid vos abijſſe fugate
Quoue lares ſub parte, & quęſiuiſſe tenebrę?
Languetis pulſæ radijs, & luce creata:
At vagus ęterna radians pulcherrimus arce,
Qualis ab Oceano radijs cum lucifer antro
Ipſe comas profuſus aquis, ſic ille micabat
Lucifer, & toto radiabant pectore gemmę,
Cui ſedit tumido ſibi nata ſuperbia cordi
Velle Deo aduerſã borea ſibi querere ſedem,
Et iã prima nouo exaudita eſt buccina Cœlo,
Sydereę ſonuere tubæ, noua pręlia tẽtant. (tes,
Hinc cõteſtæ acies, quæ mox cecidere nigrã

Hinc millenę adsūt Clypeis fulgentib' omnes,
Omnes & auratis accinti corpora telis.
At Michael, cui celsus apex è fonte micabat
Eiecit supera pauitantem ex Arce sequuntur
Regnatorem Acies, restat pars vltima Cœlo,
Et debellato te concinuere, Gigante.
Rex ęterne Deum, crebro tibi carmina plausu
Concordi dedere Chelij. Tu maximus ille es.
Alme Deus, qui principiū das omnibus vnus,
Vnus tergeminus; tu Cœlum cōdis, & orbem,
Tu legem pręscribis aquis, vt littora tangant,
Tu ponis supero complenda sedilia Regno;
Tu lucem fingis, tua te bona facta loquantur;
Infima te Tellus proprio librata grauatu;
Te Mare, te geminis educta Canalibus vnda,
Te gemini cecinere Axes: his ordine dictis
Vidit flammifera labentem ex arce trahentem
Innumeros cętus, qui per conuexa volabant.
Hęc Deus. Ecquisnā locus huic erit? cū sibi ter
Quęret, & Arctoo sedē sibi ponet in orbe? (ras
Nullus in orbe loc' tenebris datur. Ite tenebrę
Indigesta meis moles male nata laboris.
Ite malę tenebrę; stygias accedite ripas (dis.
Centū vbi, & horridis fluit ater Tartharus vn
Ite

Ite,agite,& lucem,parumq; relinquite cœlum
Informes tenebræ, labentemq; ęthere mentem
Excipite,& vestris æternũ arctate sub vmbris.
Dixerat. hinc omnes subitò fugere tenebræ.
Orcus apertus erat,quę nũc insanusq; Auernis
Murmurat ęstus aquis. Hac excessere nigrãtes,
Et vacuæ formę tetrum Chaos horror euntes.
Consequitur. Nox cæca suos huc duxit alu-
Et secũ volucres duxere obliuia somni. (mnos,
Hic æterno suas. posuere silentia sedes,
Et mors cæca leni delusit Imagine sensus.
Hic se Lucifero locus exhibet. Heù cecidisti!
Lucifer aurato, qui nascebaris Eoo?
Cũ primũ roseo sol iungit ab ęquore currus,
Nusquã clarus eris tu Lucifer horridus en es;
Hesperus ęternas iussus seruare tenebras.
Tecũ pars tenebrosa petit loca tristis Auerni;
Pars nubes tenet aerias, & fulgura Cælo.
Concitat, & flatu miseras pręstera Carinas
Vrentẽ,Pars regnat aquis. Tua iussa facescunt
In numerum quicũq; nigras coluere tenebras.
Hùc igitur clausę tenebrę sub carcere cœco,
Hùc Chaos hùc horror. Nox & pperauit, & ũ-
Nec iã è Tarthàreis ũquã dat⁹ exit' ãtris,(bra,

Donec ab excelso statuit sublimis olympo
Inclinare polos, & rumpere fortia Cœli
Rector, & humanæ sumens sibi mẽbra, figurę
Humanum super astra genus deserta locaret,
Impleretq; foros, vacuiq; sedilia, Regni. (ber,
Tùm veluti auratũ in vellus placidissimus im-
Aut matutinus sudans Eous in Aluum
Virgineũ cecidit, veniensq; ad luminis auras
Incertas sentire vices sibi passus, & ęstus,
Frigusq; glaciemq;, & agentes frigora ventos.
Quid referã primis resonũ vagitibus antrum,
Eoosq; Duces, alienis munera terris
Ducta Deo: Postquã enituit venerabile sydus,
Atq; peregrinum signauit lumine callem.
Quid referã Mẽphysq; fugã, & puerili busãnis
Facta Dei, & purum mutatũ in vina liquorẽ?
Hydria, cũ versis est iussa rubescere lymphis,
Quid signata suis referam vestigia plantis?
Auditum surdis, & reddita lumina cœcis?
Quin voluit varios etiam sentire dolores,
Et ter sacrato sudauit pronus in horto,
Fluxit, & alterni distillans gutta cruoris,
Et bene natiuos rubuerũt murice flores? (mnã
Quid referam fera flagra? necem, niueãq; colu
Illusumq;

Illuſumq; caput, iam figitur ora cruentus,
Ora,manuſq; ambas,prçcinctaq; tēpora dumo?
Iam veluti totum perluſtret lumine mundum,
Sol micuit aerij poſitus ſub vertice montis
Sydereos fontes,& ſacra brachia pandens
Vndiq; diuino manabat corpore ſanguis,
Vlceraq atratum ſtillabant feſſa cruorem.
Iam caput inclinat, pauidāq; accēdere mortē
Imperat, extremo condat qui lumina luctu
Annuit, & nutu totum perterruit orbem.
Continuo moti ſunt viſa fatiſcere Montis
Culmina, ſe ſciſſi lapides fregere ruina.
Excitur Tellus, radicibus excutit imis.
Impetus, & toto ſonitus crebreſcit in orbe.
Culmina culminibus concurrere viſa. ruinam
Credidit extremam Tellus, atq; vltima ſigna
Impiaq; çternas timuerunt ſęcla tenebras.
Saxa moucbantur gemitu,colleſq; fremebant.
Colliſi lapides ſcopuli ſonuere frequentes,
Sciſſaq; prçrupta(miſerum.)ſunt culmina Ga-
Tū terra antiquis reſerauit clauſa ruinis (uea,
Recluſis monumēta Rogis. Tunc ipſe cruēto
Accinctus telo ſuperum Rex Tarthara vidit
Auriſero veluti ſubnixus ſtipite ramo.

Tarthareum prętentat iter, Gemuere refracti
Aeterni postes, percussaq; limina Ditis
Ante Dei cecidere pedes, & aperta diei
Tarthara tunc patuere vaga, cũ lumina primũ
Inferni sensere lacus, dumq; ille niteret
Sol melior, lux sera erebo perrumperet imo,
Et diuina nigri sentirent lumina luci.
Protinus inclusę tunc erupere tenebræ
Quas Deus abdiderat, cœcisq; effuderat antris
Post Chaos, & stygijs sẽper damnauerat ũbris
Quadata porta, ruunt tenebræ, cœlũq; nigrãte
Obsedere vmbra, fugit perterritus vmbris
Insuetis nitidi Titan auriga diei.
Tinxit, & atrata roseum ferrugine cursum
Occupat ũbra polos, traxit pudibunda fauillas
Cynthia, & ereptum luxerunt sydera Regem,
Tum primũ cœli motus stetit. Omnia Regem
Astra suũ fleuere; facem accendere nigrãtem,
Protinus, & męstis duxerunt funera tędis.
Ipse sacratum Corpus texere tenebrę?
Quod modo ferali pendebat ab arbore nudũ;
Nec potuit Sol nudatum spectare parentem,
Vnde sibi fons lucis adest, vnde emicat orbi
Aurea fax oculus Cæli, ductorq; diei,

Et

Et iam Tarthareo prodibant carcere ductę
Illustres Animę, Cœliq; in limen iturę
At tenebrę iam iam reserata per ostia lucem
Vitarant Regis. Sol illustrabat Auernum.
Sol erat in stygijs, & tunc inuidit Olympus
Carceribus, pigreq; Polum tenuere tenebrę:
Omnia torpebant amisso, Elementa magistro,
Luce carens aer, & motibus excità tellus.
Vnda tenebroso confusa sonabat Abysso.
Nec vagus è superis rutilabat sedibus ignis,
Tunc aer. Vbi lux illa aurea? Tu mihi primus
Lumina fudisti, longosq; lustrantia tractus
Ecunis Rex alme tuo pulcherrima iussu,
En iterum tetrũm Chaos, antiquasq; tenebras
Aspicio, & turbata suis elementa profundis.
Nonne satis fuerãt, & mobile? tot mihi nubes?
Sępius aerium, quæ fędauere serenum,
Et Cœli Sudum, & variatum solibus arcum?
Vnde Chai veteris nunc emersere tenebrę,
An quia pendentem aerio te stipite vidi?
Quo volucres fugiãt? Condare volatile vulgus?
At tellus excita suis respondet ab antris,
Vnde per insolitos perturbat viscera motus
Marmora marmorib' pugnãt, & Montibus ipsi

Concurrũt mõres? an nunc ego soluar in ignẽ?
Omniaq; in tenues ibunt elementa fauillas.
Rursus, an inueteres ferimur resoluta tenebras
En Chaos impendet vetus; en nunc orbis Ima-
Indigesta? quid è cęcis simulachra tenebris? (go
Effugiunt antiqua? Polum visura nitentem?
Atquis terribili perterruit impia claua (bras?
Tarthara? quis domitor stygias accedit ad vm
En Animę p opaca canunt. Tu victor auerno
Expolias. Tu fata domas, tu sydera pandis,
Te stygij tremuere lacus. Te Ianitor orci,
Aerea tu valido fregisti limina pulsu,
Iamq; patent vacui complenda palatia Cœli.
Interea deserta suum Natura Parentem,
Flebat, & antiquum laniabat męsta capillum.
Hæc erat insignis mulier, quæ simplice cultu
Ostẽdebat opes: hinc Syluę, hinc arua virebãt
Diuersis variata coloribus. Inde ferarum
Alituum genus, & quæ duro ingurgite viuunt
Illius admotis sugebat vbera labris,
Et tota vber erat, pendebat ab vbere proles,
Quæ fertur tales fudisse è pectore voces,
Tu ne cadis, qui stare iubes quęcũq; vidẽtur,
Et quęcumq; tibi rerum Natura ministrat?

Flete

Flete Patrem vos aſtra, nigras accēdite tędas,
Triſtiaq; extincto iam ducite funera Regi.
Cynthia tu inferias morienti ſolue Tonanti
Natiuo nunc tincta genas, atq; aucta rubore,
Et tu da lachrymas Cylleniæ: dum iacet orbis
Conditor, & ſuperi ſapientia credita Patris
Cœleſtis. Tu ſcinde comas Mater en perit ille
Qui pulchrū cōflarat opus pulcherrim' ipſe.
Abde caput tu Phœbe extīcto, & lumine Cœ-
Et lucē indignare, & aperit lumina Cœli, (li,
Mars gemet. Terribilis leo marti' occidit ictu,
Ardua qui pauidis iaculatur fulmina terras:
Iuppiter en languet totius Gratia Cœli,
Amiſſum plorate Decus. Saturne moratos
Accelera curſus; en qua Saturnia regna
Extiterant viuente perit. Tu mobilis aer (bra
Tu geme pēnigerū Chor', & viridāte ſub vm-
Frondiferis ramis veteres geminate querelas
Altius ad cœlum tenebroſi inſurgite fluctus
Quęrite iam raptum vos omnia quęrite Regē
Nec ruitis Cœlo Orbes: ſtas concita tellus,
Nec rūpunt elementa fidē, aut altus Olympi
Conditor, & nondum diſrūpitur altus Olym-
At tu, quē celſo pendentē è ſtipite cerno (pus

Terge-

Tergemino fixum clauo, cui pallida tactu
Membra rubent, totoq; fluunt è corpore riui
Sãguineis. ò lassum rerũ caput,ò lachrymãdũ
Cælitibus, potes ah morti nutare pauenti;
Et languere volens, & Cruci subdere colla?
Sic ne manus pallent, quæ me finxere, poloq;
Sydera tot, terræ flores, tot munera Ponto
Imposuere feris, figantur siccine clauis.
Hunc ego te aspicio rerũ Pater, & tibi arundo
Est sceptrum? frõtem sic serta rigẽtia pungunt?
Ah rerum miserere, & si te subdis iniquæ?
(Si fas est) morti, tecum ruat orbis, & omnis
Machina feralem persentiat, ista, ruinam,
Sin vero vinces Mortem, & lethalia vincla,
Quod certius reor, & poti⁹ tu numine formas,
Omnia ridebunt; fulgebit clarius æther,
Clarius exurgẽt reparato lumine soles; (bunt.
Dulce canent volucres, & te tua facta lauda-

SACRATÆ PASSIONIS SERIES.

LIBER NONVS.

VEris honos en pingit humũ, blandi te pores
In sçua iã leuibus detrudũt frigora pennis
Tranquillæ

Tranquillę ſpirant aurę, nec iã amplius ęquor
Erigit alternos ſpumans ad ſydera fluctus
Attollens iram, & feruentius obliuia ſorbens
Inuitat leues aura maris ſulcare quietum
Marmor, & exeſi reſidere in vertice ſaxi
Gratus odor ſcopulis, dulciq; fauonius aura
Allicit, & tepido permulcet membra flabello.
Terror erat, dirusq; pauor modo credere coris
Carbaſa, & infidum remis impellere marmor
Mutauere vices pariter fluctuſq; Notiq;
Alterno placidi requieſcunt murmure fluct⁹,
Atq; indignantes, & circumclauſtra fremẽtes,
Aeolus obſcuro cohibet ſub carcere ventos:
At Tellus gauiſa ſuos recludit honores,
Purpureo ſpectanda ſinu, idq; arua vireſcunt
Roſida iam molli ſubridet floſculus ore.
Exertus placidè caput, & ſua munera pãdens
Dat roſeas hyacinthus opes, rurſuſq; tuetur,
Ora puer, vanoq; petit narciſſus honore.
Murice depictus lachrymãs exurgit Amoris,
Et Crocus auricomãs, & formoſiſſim⁹ Annus.
Iam ſe ſe zephyro virgulta adflata reſoluunt;
Exerit, & frondes viridi ſub ceſpite gleba.
Gratia per virides herbarum argentea campos
Ridet,

Ridet, & herboso concrescit mollis in antro,
Quæ matutino, liquescit, Sole, pruina.
Rore lętũ dumeta rubent;rubus asper amoniũ
Iam redolet, tollitq; suum, Rosa verna galerũ.
Mollia decliui spatiantur flumina cursu
Semper inexhausta placidum labentia vena,
Et placido dulces inuitant murmure somnos,
Sępius, & dum se riuo refluente Viator
Lenit, & argentea dimanans riuulus vnda;
Se labyrinthęo currentem more resoluit, (ptis
Mille legens, relegensq; vias, & murmure ca-
Rosidus interea cupidis obstrepit ocellis
Somnus;& arcana requirunt mẽbra quietem.
Quis sonus,& dulcis dilabitur amne susurrus,
Dum lapides leuiter superfluit,& lapis vnda
Enitet, & niueos argenteus explicat orbes,
Aut vbi cliuosi sulcatur glarea collis
Flumine depressus repetit, ꝙ murmure valles
Ipse nouis aer fęcundius arua pruinis
Irrigat, assiduos, & terræ sufficit imbres.
Iuppiter ingremiũ temefactæ coniugis almus
Fertur, & humentes largiť ab ęthere nymbos;
Vt pariat, Tellusq; grauis,prolemq; nitentem
Explicet, & blandis repleantur fętibus agri.
Mitius

Mitius arridet Cœlum, Taurusq; superbit,
Cornibus auratis, Aries, & sydere cœlum
Pingit, & hinc terris gaudent armenta solutis.
Liberius pascuntur oues, collesq; virentes
Despoliant,balantq;greges,& murmure blādo
Ducunt in viridi Pastores gramine somnum,
Forsan, & admeto positis armenta pharetris
Pascitur, & virides inuisit Cynthius agros,
Cui bos, & surgens Aries in cornua Cœlo,
It comes, & paribus figit vestigia flammis.
Hinc iuuat, & multo depastos Ariete montes
Visere, & in viridi pascentes valle capellas
Antra iuuat quęsita feris lustrare, leuosq;
Cernere procliui labentes margine riuos,
Aruaq;, conualesq;, & pictam gramine terrā.
Ah quis, ego excelso sublatum vertice lignum
Aspicio? & multo sudantes sanguine colles?
An ne Aries est vllus ibi, quē cornibus hostis
Arripuit spargens libamina prima Sacerdos?
An ne Hędū,niueiq; tepentē sanguinis Agnū?
Distulit, & tenero tepefecit sāguine cultrum?
Iussit, & erectis procumbere sedulus Aris,
Non loci iam multa properantes gente cater-
Aspicio,& galeas sub lustri noctis in ūbra (uas
Lucentes

Lucentes posita latitantes luce laternas,
Armaq; ferratasq; sudes, dextrasq; minaces,
Et fustes, & tela, quibus iam quęritur hostis.
An virides tenero madefient sanguine campi?
Ornabit vernos,& purpura blanda smarados?
En mihi purpureo rubefacti cespite flores.
Apparent, en terra suos depingit honores,
Et molles specie pinguntur muricis herbæ,
Sudor, & è sacro distillat corpore lentè,
Protinus, & molles exudant fontibus artus.
Sanguineis?quæ causa vagas madefecerit her-
Sudorē,& dederit tāt⁹labor.i.modo fęlix.(bas?
Pyeri, & æterno rubefactos murice flores
Collige, quos numquam Pindi videre cauati
Culmina, nec vario latè gauisus Hymestus
Cespite te roseis decoratus floribus hortus.
Allicit, & roseam despondent rura corollam,
Et si castalios ambis tu cernere fontes,
Quos vagus elicuit pennata Pegasus vngue
Iam te pelliciet, Tantus Deus, illius ore,
Aspiciens gemino labantes flumine fontes,
Aspicies geminis sudantes fontibus hortos.
Illic pelle sitim, viridemq; excerpe Coronam,
Interea iuuet armatas exquirere turmas,

Quidue

Quidue petātꝫquid tela micētꝫmicet ęrea caſ-
Et vincant latebra latitantia lumina noctē.(ſis,
Clarior, & turbis ſubluceat armiſonis nox.
Tēpus erat, quo grata quies mortalibus ęgris
Serpit, & antiquos ſtant corda oblita labores.
Mēbra tenet ſopita quies. ſopor ōnia mulcet
Corpora. Nec cātus volucris,nec ſibila ſerpēs.
Ædit, at in tuta ſopiti ſede quieſcunt.
At vigil herboſo noſter Deus excubat hortos,
Crudeliſq; ſuo triſti ſub corde volutat
Artificis ſcelus, & tacitus ventura videbat.
Triſtior vmbroſa vigilabat nocte, nec almo
Corpora, nec dulci poterat ſe credere ſomno.
Te vocitans Pater alme, tuoq; incēſus amore
Ad tua iam totis proſtratus numina membris.
Circū herbæ. ſociūq; chorus, quos p̄fferat ante
Dulcis,& altaquies dulciq; ſimillima morti.
Ipſe tuens animo vētura, & cōſcius,heu quos
Corde dabat gemitus,ſuſpiria quanta ciebat:
Non illum nox alta ſuis oppreſſerat vmbris
Nocturno non ille gelu,non ſydere multo
Cōdoluit caput,at medius proſtratꝰ in horto,
Dum putat, & ſecū pernoctē plurima voluit.
Decidit, & primo Tellurem corpore lambit,

Effluit,

Effluit, heu męsta iam plurima guttula fronte
Sanguinis, & nocte delabens murice terram
Pinxit, & assiduo sudore argenteus est flos.
Ter se se erexit genibus. ter verba precatus,
Ter reuolutus humo est,& humū ter iā ore cō
Amplector te terra,tuo fruor alt' amore(tegit.
Dicebat. Vbi cura mihi. tibi plurima lęso
Euenient, terq; ipse Patrem,ter sydera vultu
Aspiciens, fuluis venientem conspicit alis
Voligerū, & pēnas sub lustri in nocte manētē
Agnouit Iuuenem, dulciq; affatus amore est.
Tunc mihi bone misse venis? tu nuncie Cœlo
Fereris, & aerias defers mandata per arces?
Dixit, & aspexit calycis ridentis honorem.
Heù Calycis męsti,multo qui felle madebat
Stabant extremis libandaq; pocula labris.
Vt vidit, nec iam ora polo,nec sydere vultum
Exigit, at multo sudans cum sanguine voces
Aligeri excepit, qui mox per inania lapsus
Nubiuagos abijt molitus in ęthere gressus.
Ter socios monuit· Ter eos grauis vndiq; so-
Presserat,& placidę dnarū: sydera morti, (mn'
En(ait)hostiles properant. dormite,cohortes
Iam ꝓperant,fustesq; ferūt,funesq; reuinctos.
Arden-

Ardentes clypeos, & tela minantia cerno.
Vos dormite. Manus abeam iā lętus in atras
Fune liger iā spōtè manus.venit. Oscula figit,
Proditor,& verbis, Doctorem affatur, amicis.
Ille aūt, quem vultis? (ait) quē quęritis? Adsū
Vix hæc, vt prona prostratæ corpora turmæ
Obnixi cęcidere, atq; irrita tela volabant,
Non sic cōtinuò languent, quos fulminis ira
Presserat, & dēsas glomeratus nubib⁹ horror,
Aut vbi terrificis sonuere tonitrua bombi
Puluereis emittēda globis, cadit ictus,& ignis
Ingens ad terram duplicato vulnere corpus.
Sic stratę cecidere acies, nec iam amplius ar-
Sed votis,p̄cibusq; volūt exposcere pacē (mis,
Ni Deus hortatus. Segnes,(& sic alta ferebāt
Numina.) iā mihi vos certate illudere capto,
Sic ait hostili se turmæ, atq; obtulit vltro,
Iam Deum cępere, manus reuinxere volētis;
Irruit hic comes,& feruenti labitur ira.
Exerit, & cultrum vagina, diripit, aurem
Amputat, & serui. Quid vos insana, ligatis.
Agmina, qui nullo traduxit crimine vitam,
Nec potis admisisse nefas, si prodis amicum
Demens,& modico damnaris perfide nūmo?

Ille autem. Ne quęre armis defendere possem,
Non ego millenas reuocare ex ęthere turmas
Non possem aligeras excire sedilibus altis,
Qui vos,& nostram possent defendere vitam?
Iam Pater ex alta centenas arce Cohortes
Mitteret, & totum demergere protinus Orbē
Posset, & insano damnare cadauera ponto?
Sed me sancta vocant oracula. sic decet altum
Illudi nunc posse Deum. Sic nempe Sybillę,
Seraq; terrifici cecinerunt omnia Vates.
Vaginę demitte tuę socie inclyte cultrum.
At tibi, ne lachrymer trūcata renascitur auris
Obstupuit, retroq; pedem cum voce retorsit.
Ictus,& aspexit geminas sine vulnere iam iam
Nasci aures steterūtq;comę,& vox faucib⁹ hę-
Interea celso collegerat agmen Olympo (sit.
Sydereum Nox atra caput demiserat antris
Lucifer, & roseos quatiens Aurora lacertos
Emicuit. Captum ducunt ad limina Regem
Pręsidis, hūc Cayphę tectis, vbi dextera malas
Polluit, & fęda maduerunt aspergine vultus.
Ducitur ingētem qui mox Herodis in aulam
Quem tādē, & longo quęsitum tēpore vidit,
Erexitq; manus, & talia verba locutus;

Tu ne

Tu ne ille es Iesus, quem Betthlemio Pręsepe:
Regem Iudeæ iã dudum audiuimus ortũ? (ti?
Sed quæ sceptra geris? quæ sũt diademata frõ
Sic Solymo das iura solo, sic sceptra capessis,
Sed vos ò famuli Regi date iura petenti;
Sceptra date, & Tyrio ꝓcedat amict' amictu:
Dixerat, & longã ducunt sine murice vestem,
Atq; ligant vtrasq; manus, & arundine nectũt!
Hæc sunt sceptra (aiũt) certãtq; illudere Regi.
Quis sonus, at nostra crudelior obstrepit aure?
Quæq; sub edura geminãtur flagra Columna?
Iam populus furit, & tota datur impet' Vrbe,
Castigantq; Deũ, plectũtur & corpora flagris,
Pulsa domant. Nõ tali ingẽs tonat Æthna rui
Cũ figũt validis Cyclopes fulmina massis, (na,
Atq; inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantq; tenaci forcipe ferrum,
Illuc dura caput iunco compacta marino
Sentibus, è dyris circumdata contigit, & iam
Sceptra Duci, & diadema ferunt, Regẽq; salu-
Ludẽtes circũ, & cõuiuia multa ferentes, (tãt,
Et iam purpureo madefactũ sãguine saxum,
Ipsaq; sydereo stat scripta cruore columna,
En Homo; quid petitis? vester Rex, vester alu-

Iustitiæ vindex, & seruatissimus ęqui?
Exclamat Pręses. Lanquentem vtroq; cruores
Orę reiectantem monstrat magis ęstuat ira,
Ingratæ plebis. Vox reddita fertur ad auras.
Ingrata de plebe. Cruci iam figite. viuit?
Viuere iam nimiū est: expēdat sāguine pęnas.
Improbus, & superi faciat se sanguine Regis.
Vnius exitio communem adferre salutem
Fas, & iura sinunt. Mussat, sed Pręses iniquum,
Nec videt insontem, claraq; ex stirpe deorum
Credit, & hoc vitat scelus, auersusq; refugit.
Exclamat plebs. Regem se dicere fatis
Poscebat. Rex Cæsar erit; nos Cæsare Rege
Gaudemus, Regēq; nouū, nisi crimine damnas
Abs te supplicium posset cum sāguine Cæsar.
Quid non ambitio, dubijq; superbia sceptri
Effigiis, impleuit, dubias hoc Pręsidis aures,
Ex templo damnatq; neci, populoq; furenti
Obijcit; & puro manus est abluta liquore.
His (inquit) obtestor aquas, quib' abluo puras
Ipse manus fore me istius de sanguine nulla
Participem departe: indigno à funere sępe
Insontem volui, rabiemq; auertere vulgi.
Instigāt stimulo, & pęnas cū sanguine poscūt.
Purus

Purus ego ſum tanti sū criminis integer huius
Sū ſceleris. Vos teſtor aquę,vos flumina teſtor,
Dixerat, & ablutis manib⁹,dedit inde cruentū
Iam populo Regem: cōpacta eſt lignea moles
Quadrifido iā ſecta iugo. Nota ponitur. Hic eſt
Nazareus Ieſus Rex nomine Iudæorum.
Iam tuba comiſſum medio canit aggere crimē
Eſſe reum, qui templa Dei preſcindere, qui ſe
Dicebat natumq; Deo,vatemq; ſacratum
Nunc tñ immoritur. Iā turba è morte fluendo
Circumfuſa ruit. Pueri innuptæq; puellæ,
Et Solymæ Matres hunc aſpexere feneſtris.
Impleuere vias, & plangunt pectora pugnis
Sępius, & geminis lachrymarū flumina crines
Ducunt, & męſto ſuſpiria triſtia corde.
Ne me flete(inqt)Vos flete:huic īmimnet vrbi
Exitium. Rapto fugietis pignore matres,
Mœnibus, & vaſtis hoſtile impinget aratro,
Miles, & extremo lugebitis agmina facta.
Itur in excelſum montē, quo figere legē (ſim
Quadrifidę voluere Trabi. Turba cornea p. ſ-
Concinit, & ſonitus procul exilit ore canoro.
Audit Ioannes ſonitum, & męſtiſſima mater,
Quò Res sūma loca Ioānes,quē turbaq; Regē

Concinit, an nostro resonant crudelia Nato?
Heù Genitrix! quōdā genitrix, nūc nomē ina-
Venit sūma dies. Iam culmine ducit alto (ne.
Figendus ligno Natus. sic. dixerat, & vix
Ille loqui poterat. Compressa dolore silet vox
Illa dolet percussa parens mucrone doloris
Iam iam vera mihi Symeon diuine canebas.
Quas lachrymas afflicta dabat? nō pectora pu
pcussit, quis ve ora color mutata tenebat? (gnis
Aspicit errantem tergo, & sublime petentem
Heù Natū Natum nec mesto agnoscere vultu
Eualuit. non ora rosis distincta pudicis.
Ipse nec ęthereo splendescit candidus ore
Heù facies mutata. Cruor de corpore toto
Labitur, & flores, & compita secta viarum
Pingit, & insana calcatur plebe decorus.
Heù quisnā excipiat stillantē è prole cruorē;
Proteritur, medijsq; vijs, pedibusq; virorum,
Et iam męsta color damnati liquerat ora.
Iam vires cecidere non strato corpore terræ
Steterat, vt valida fagus concussa securi,
Iam stantē aspiciunt, & vulnera dyra ferētem
Tardabatq; pedes, oblongo vestis amictu,
Vtq; locū possit cōtingere, & ardua montis,
Neù

Neù media pereatq; via, tum nobile lignum
Eripiunt humeris, Cyręnęoq; dedere,
Ille subit. Regemq; trahunt per sępe serentem
Sanguineos sulcos,& agentem sãguine riuos.
Vt mõtem tetigere; alto sub culmine terram,
Effodere cauam. Manes,& Tarthara luctu
Sub pedibus tremuere,illisaq; terra pependit.
Adfixere trabem, ponuntq; in stipite Regem,
Brachiaq; eneruant fixaq; tenerrima clauis
Corpora demittũt. tremuit sub põdere Tell⁹,
Iuxta trabem steterat Mater, luctũq; trahebat,
Quã modò Ioãni moriens cõmendat alumno.
Heù me Nate fugis;me respuis optime Nate?
Gutture vox depressa silet. Fulcite dolentem
Floribus, & malis. Vos ò stipate puellæ. (to,
En lãguet icta Parẽs moriente miserrima Na-
Vertitur interea Cœlum, & ruit Oceano nox
In medio conspectu diei incubuere tenebræ
Amplexę montes, & magnæ brachia terræ.
Ardua pręrupti morarunt culmina montes:
Culmina culminibus, contraria saxaq; saxis.
Iam scissæ sonuere petræ. Sol abdit in vmbris
Luctificumq; iubar, & se fratri subtrahit almo
Delia. vix męstas protendunt sydera tędas:

Templa cadunt, & saxa patent, & abire paratę
Illustres animæ, cæliq; in limen ituræ
Extollunt caput, & tristes reuolare figuræ
Cernuntur. Tremuere Viri, & mortalia corda,
Vnde solo tātus resonet fragor; vnde tumult',
Et iam cœcus erat miles, qui cuspide lędit
Sacratum latus, & sāguis cum mollibus vndis
Effluit, insolitumq; hauserunt lumina lumen.
O cęcas hominū mentes, nec iā alma per orbē
Lumina, syderei nec iam spectantur honores.
Expectes, an terra tremat, terrisq; ruat fax,
Sternantur montes, labantur sydera Cœlo?
Ite. Solo, roseosq; Soli lustrate maniplos, (ctor
Diciteq; hos quondam tepefecit sāguine Re-
Cœlicolum medio cecidisti verus honore
Alme Deum Genitor, dū Martius imbrib' arua
Irrigat, & multo tu sāguine prata rigasti. (gis,
Tu reparas Ver, Venis honos. Tu gramina pī-
Et tibi purpureo subrisit terra colore.

DE CHRISTI AD INFEROS DESCENSV.

LIBER DECIMVS.

IRruptas Acherontis aquas, cœloq; locatas
Illustres animas, & fractum limen Auerni

Et

Et latè ſtygium bis victum numine Regem.
Muſa refer, clari radijs dignata diei
Tu quoq; tartareas habitaras mæſta latebras
Delphica præciſa reſonans oracula rupe
Cum mugire ſolum ſubter, lauroſq; moueri
Cernebas, ſaxo delubraq; cæſa vetuſto.
Iam mihi cernuntur trepidus inſana moueri
Sedibus, inſolita patefactaq; Tarthara luce
Aduentu tremefacta dei. iam terra remugit
E ſtygijs e mota plagis, & cardine verſo
Vndiq; præcipiti mundum, nutare ruina
Angues Tartharei ſtrident, in colla Megera
Quos ābigit, iā ſciſſa fugit,nec iā atra flagellū
Tartareis ſpectanda in his exercet, acerba
Tyſiphone tormēta ferēs. nec Cerberus antro
Perſonet aduerſo recubās, capita ardua tollēs
Extenſus, viſas ne quicquam latrat in auras.
Contremuere lacus, quos ſtyx liuentibus ambit
Interfuſa vadis, & quos Cocytus amaro
Perluſtrat fluuio. tu Muſa exordia rerum
Molire, & ſtygias tandem aſpernare tenebras.
Eſt terræ in gremio,dicunt, q̄ nomine centrū,
Quò lapides, quo duct' abit grauis humor, &
Natiuas ponūt elemēta grauiſſima ſedes. (illic
Quò

Quo clausus late fremit impet', & leuis aeris;
Et viget æterno seruata bitumine flamma.
Mulciber hinc ardet, rapidos Vesuuius igni
Concipit, & certo concitur terra tumultu.
Fecerat hoc genitor, Naturæ vt limes inessi
Quaue iam saxum, quo tēderet vnda relaben
Mox senti dedit esse locum, lapsosq; locauit
Aligeros, ausosq; Polum rescindere fratres (t
Cęumq; Enceladumq; & magna mole Mimā
Nāq; olim memorant, terræ cū conderet orb
Aeternasq; Deus leges, & fædera mundo
Traderet, in pacem superis operumq; laborem
Accessisse suos, & sceptra dedisse tuenda.
Hinc hi signa regunt eoq; illi aurea cęli (su
Culmina, & obliquo trāsuertunt tramite cur
Occiduos, cęlumq; aduerso cardine voluunt
Syderee mentes, & turba celerrima motu.
Hos inter maior radijs insignis, & ostro
Signa tenens Arctoa, suas Aquilone sub alto
Constituit sedes aduerso ponere cęlo.
Hinc inter superos varias discordia rixas
Egit, & in toto fremuerunt pręlia cęlo.
Delapsus tandem. celsoq; expulsus olympo
Miscebat miseras infando numine terras.

At

At Deus expulsa late Legione superba
Constituit prudens alios lapsumq; sub imo
Damnauit centro tenebrarū, & carcere cęco,
Seu pęnas luat erroris, seu numine lęso
Supplicia infensus scelerato à sāguine sumat,
Et cum pręcipiti miserāda ad Tarthara mora
Aliger elapsus socios eduxit ouantes
Cęlicolum fertur Princeps legionibus illis
Diuersas statuisse domos. pars aēre in alto
Nubiuagos inter tractus. dirasq; volantes
Exercent pęnas, vdis pars regnat in vndis
Stagna, inter gelidosq; lac⁹. pars tarthara peior
Incolat, & piceo fumantes flumine ripas.
Et quia fraude mala, pomiq; cupidine captus
Spreuerat ęterni mortalis iussa Parentis
Tartharco parens angui, tum pendere pænas
Terrigenę iussi miserum, limoq; sub vdo
Voluier, & circum subiectæ limina terrę.
Sunt Erebo in tristi, stygijq; in sedibus orci
Tergeminæ sedes. alios æterna coërcent
Supplicia ad tristes Acherōtis fluminis vndas.
Aēre vel vacuo, vel aquis, vel ignibus vsti.
Ast alios tempus cohibet, qui tempore certo
Venturum auxilium cælo sperare iubebant

Dilectas

Dilectas superis acies, vbi carcere limbos
Clauserat, vmbrosos inrer caligine lucos,
Et nox atra caput tristi circumdabat vmbra:
Tertius inferni locus in penetralibus. illic
Expiat illustres animas miserabilis ignis
Donec longa dies, perfectoq; criminis orbe
Conceptam exemit labem, purisq; reliquit
Lacteaq; æternis immittat semita regnis.
Hæc loca supplicijs, & tristibus ordine Pęnis
Constituit Deus, vt primum mandata Parentē
Transgressum vidit, qui legerat arbore pomū.
Illuc turba dabat miseros post funera fletus
Tarthareis damnata plagis, Erebiq; latebris:
Nec celsi quemquam remeare ad limina cæli
Fas erat. in tenebris habitabant, itaq; nigrant
Obruta iam Mortis caligine tecta tenebant.
Illic veridici vates, Patresq; verendi (gni
Magnanimiq; duces. quicumq; è sāguine ma
Isacidis venere. illic Pater Isacus, illic
Lōgęuusq; Abram, & fędatus sāguine Abelus,
Et quicumq; senis clausa latuere sub arca
Armenio sub monte. illic cū sanguine Dauid
Omnes obscuri sola sub nocte vagantur (brę.
Effunduntq; preces. resonant clamoribus vm-
Quando.

Quando (aiunt) sperata salus, accedet ab alto,
Et nos eripias tenebris è carceris huius ?
Sed tādem è celso Deus est miseratus olympō
Deseruitq; Polū. iā vos è Phlegetōthis ab atris
Erepturus aquis. nam vix in Virginis aluum
Venerat, arcano cōplens sacra viscera motu,
Nuntia cum Manes descendit fama sub imos
Aduenisse diem. quo tristia tarthara linquant
Erepti, & pulsis fugiant Acheronta tenebris.
Tunc ferus inferno latrauit Cerberus antro
Tergeminus, petijtq; tenebras, rictuq; trifauci
Horrida terrifico miscebat tarthara hyatu.
Heroès tum vero omnes, primiq; Parentes
Purpureo risere die. tum tendere palmas,
Et legere effętos lętheo è flumine flores.
Qua stygiæ labuntur aquæ, tacitęq; paludes
Ducunt in męstis ęterna silentia ripis.
Quos inter Cythara quondā laudatus eburna
Et sceptro insignis consuetos monte furores
Concipit, & tales effundit pectore voces.
Venisti tandem, tuaq; expectata Parentum
Vicit iter durum Pietas. mortalia membra
Induis, & teneros hausit betlemica Tellus
Vagitus. si te venturum carmine quondam
Polliciti,

Polliciti, feriq; legunt arcana Nepotes,
Dum nos tu ſpirans, & flãmeus ardor agebat
Si tua pręceptis nos ſacra peregimus aris,
Eripe nos, inuicte malis cęcisq; tenebris.
Iam cęlo miſerate venis. ridentia cerno
Sęcula, ridentes naſcenti Principe menſes,
Eoosq; duces, Arabamq; è finibus actos
Aſpicio properare, & ditia dona referre,
Aethyopes, notum cælo genus. en puer aris
Siſteris, Aegypti veteres en ferris ad vrbes,(ps
Sis memor his quõdã regionib' optime Prince
Seruitium toleraſſe, iugumq; at numine tandẽ
Aethereo, medijs iuſſiſti incedere lymphis,
Prębuit vnda vias, fecerunt ęquora calles,
Quæ mox ſectantem late merſere Tirannum.
Nunc è tartharea rape nos Babylone, lacunis
His tulimus maiora, veni iam candida mater
Te videt ante aras Patris, & delubra ſedentẽ,
Pendent ne ſenes. ſed quid ſcelerata Iuuentus
Arma petit, vincitq; volentẽ, & vincla petẽtem,
Scutatas video media ſub nocte cohortes.
Vnũ pro cunctis dabitur caput. ibis in arma
Iã moriturus inops. nũc huc nũc duceris illuc,
Vt ratis, hybernis ęquor iactantibus euris
Quam

Quam fęra tēpestas tumidis īmerget in vndis.
Pro scelus! en rigidos paliuro intexere sentes
Ecce Deo fera serta parant. fęruntq; minātur
Supplicium. niuea ceduntur mēbra columna
Centenis euicta flagris. en vertice ab alto
Euellunt palmas, duroq; in stipite figunt
Euinctosq; pedes, nudataq; brachia tendunt.
Iam tellus tremit, & ferrugine delius atra
Pingitur,& latitans piceis absconditur vmbris
Lunaq; sanguineo pallescit liuida vultu.
Tarthara tota tremunt. imis excita sedili
Eijciunt iam saxa. animas. iam saxa fatiscunt,
Et lapides Caieta suos, & Auerna sonora
Scindunt,extinctum deflet Natura Parentem.
At tu Magne veni. nos his defende periclis.
Sed quid ego? quæ lux stygias īmissa lacunas
Permeat, insolita cōplens nigra Tarthara luce.
Quisquis es, è cælo veniens, huc nūie dextro
Veneris, his miseros radians ieceris vmbris
Dixerat.at viridi qui magnus ab arbore pēdēs
Brachia pandebat moriens, Patremq; vocabat
Desertus, sic me non mitis tu quoq; linquis
Omnipotens Genitor, canibus data p̄da relin-
Iudęis,pęnasq; meo cū sāguine poscunt,(quor
Monte

Monte ſub excelſo,voluit alta è ſede reuinctus
Atq; pedes, ambaſq; manus ſtipatus iniquis
Agminibus.ſumma dat verba nouiſſima voce,
Nec mora, præcipiti Tellus excuſſa ruina
Contremuit,motũq; dedit,ſubitũq; fragorem
Non ſecus,ac aliqua tãdem vi terra dehiſcens
Infernas reſerat ſedes, & pallida fundo
Tarthara nõ optata,ſuperq; ĩmane baratrum
Cernatur.fugiãtq; ignota ad flumina manes,
Maiora Ætnæo fremuere incendia Monti
Atq; Dicharchæis arſerunt collibus Ignes.
Scinduntur lapides, totoq; è Monte reuulſi
Dant ſonitũ,caua ſaxa patẽt.& ꝓxima Gauro
Culmina, quæ magno rũpuntur ſciſſa fragore,
Et Phlegetonteæ ſonuerunt flumina ripæ.
Eſt locus Italiæ Cumanis proximus aruis,
Et quod ibi, poſt quã cælo Venere volucres
Remigis oblitæ pennarum vela remittunt
Præcipites labuntur aquis ceruice profuſa
Graij appellantes fecerunt nomen Auerno,
Hic locus Auſtralis patet,hic ex arbore rami
Decuſſi cecidere, lacusq; immane fremebat
Atq; Acheronteos voluebat ad ęthera fluctus
Indignata palus,atraq; voragine ſorbens,

Hic

Hic scissæ gemuere Petrę dedit ora fragorem,
Et iuga maiores dederunt Phlegręa fauillas,
Tollentes piceos obscura ad sydera nymbos.
Hic patuit Tellus. multæ fugere figuræ
Corporibus sumptis, pauidi videre coloni,
Et gelido tremuere metu. quo deniq; factum
Propterea,& Christi Montem dixere Nepotes
Mox etiam maiora Deo monente resurgunt:
Nec solum scissi fregere Cacumina montes
Abruptæq; Petrę, quales Caieta ruinas
Seruat, & ostēdit veteris monumēta fragores,
Sed subito terris atræ incubuere tenebræ
Continuoq; nigrę eripiunt cęlumq; diemq;
Iudęorum oculis,& nubibus omnia complent,
Sol fugit, & retro iam flexit ab ęthere currus
Lunaq; sanguineo lachrymauit saucia vultu,
Vix conniuenti radiantia sydera tęda
Exequias duxere duci, vix flebile cęlum
Atrato Dominum contexit corpus amictu.
Tū tēplū in geminas est Scissū nobile partes,
Impiaq; æternam timuerunt sæcula Mortem.
Talibus ex Erebo signis, taliq; fragore
Commotus Pluton, rigidā cui Cornua frōtem
Circundant,atro riget inclementia vultu,

Deformem ducens cętum deformior ipse,
Expauit, subito coierunt frigore membra,
Imperat acciri socios, quoscumq; coercens
Atra Palus Acherontis habet, quicũq; fluenta
Cocyti lustrant, & qui Phlegetontis adusti
Stagna refusa colunt, varijs qui corpora pęnis
Exercent, miscentq; picem, fumosq; reuoluũt
Sulphureos. stygiũ confluxit vulgus in aulã,
Sęuaq; collectis completur curia monstris.
Hic pestes Erebi veniunt de more coactæ
Quisq; suum sortitur opus, munusq; secutus.
Nam perhibent omnes accendere fomite cer-
Humanũ genus; illecebris,& fallere pęnis, (to
Ne videant cæleste iubar, neu turba feratur
Impletura suis deserta sedilia turmis.
Quos vbi concilio accitos cognouit in alta,
Sede sedens, stygij Rector sic infit Auerni.
Dicite Tartharei socij, quæ caussa subegit
Ignotas tentare domos, & spernere cæli
Limina,& has poti' superos quæsisse lacunas;
Et meministis.n.cuncti,& memorare Potestis.
Ante chaos,lunæq; globum,terrãq; iacentem
Nobile nos genus ætherea super arce locauit
Conditor, & cunctis præfecit fratribus vnum,
Qui

Qui matutino ſpargebam gramina rore
Lucifer, eoi præcedens lumina Solis,
Aſt vbi Mortalem ſenſit ſe velle figuram (gnũ
Induere, vt ſupero ſimul hæc gens infima re-
Regnaret, rapui vinclo me, ſedemq; locari
Arctoa regione, actuſq; ad tarthara quamuis,
En regno tamen, imperium commune tueri
Iam decet. en quiſnā venit fragor? vnde repẽtè
Ah ſciſſi montes, & ſaxa minantia terris.
Obſtupui fateor. certas reuolare per auras
Vidi animas: forſan noſtrũ ſpoliabit Auernũ,
Cui tantum de me licuit, cui tanta poteſtas,
An venit Deus: ô certe Deus, impia namq;
Tarthara mota tremũt. vos ite, & tu Aſia lõgè
Stagna colens Aſiam luſtra, vos vndiq; fines
Antiquæ Solymæ. tu regna lybiſtidos ore,
Ite, volate citi, reſponſaq; ferte per auras.
Ex templo fecere nigri mandata Tyranni,
E, circumfuſo Manes Acheronte remiſſi,
Irrumpunt, & cæli tenues redduntur ad auras
Pars è ſulphureo volucer prodiuit Auerno
Pars ſacra Amsācti de valle, vbi mõſtra coloni
Pallida, defunctaſq; vident migrare coloni,
Pars fruit, extremas qua Gallia terminat oras

Sanguine libato ſtygios qua fertur Vlyſſes
Commouiſſe Deos, & numina victa precatū.
Pars è Pyręo veniens erupit Aorno,
Qui male tarthareas exhalat in ęthera peſtes.
Nec ſinit errantes cęlo gaudere volucres
Talis peſtifero ſe ſe exerit ore Mephitis.
Hinc caput exeruere citi. tum cętibus auras
Infecere leues, Iordanis torpuit vnda,
At magis accitę deformauere tenebrę (gnam
Quiſq; ſuo perluſtrat Agros. pars maxima ma-
Contēdit Solymen, & celſo in monte Tonātē
Ignotum aſpiciunt, cupidi dignoſcere, parſq;
Si Deus, exclamat, ceu dicis, cuncta gubernas
Arbitrio flectiſq; tuo, ſi numine ſolo
Incumbunt tenebræ, late fremit excita Tellus
Cur non e trunco deſcendis, & horridus vltor
Deucalionęis perdas rurſum imbribus orbem.
Sęcula vel mandans properare, nouiſſima,
Tellurēq; fretumq; & cęlū pręcipis ire in ignē
Talibus orabant, pars Africa littera luſtrans
Aſpicit horrentes tenebras, tremere ōia torus
Orbis nutat adhuc, & cōtremit vndiq; Tellus,
At magis excitus ſtygia de ſede tumultu
Dis tremit, & rurſum furias acciuit iras,

Inde

Inde iubet fracta properare Charonta
Sutilis effracta laterum compage soluta
Tarthareas innabat aquas iam frigida cymbã
Horrendi senis, vt vidit qui Principis ora
Maxime Tartharei Prīceps Acherōtis, & orci,
Cui nos, cui Mortis famulantur Iura verendę
Arbiter, en cernis subito terrore carinam
Effractam compage lacum nec promeat illum
Nec potis est stygiã ratis hęc trãsnare paludē,
Nescio quid tantus motus velit. anne profūdo
Excita regna ruent magni Plutonis? at vrbę,
Quis te maior erit, stygio concurrere Regi,
Quis velit? immanes sūt hac legione Gygãtes
Cęusq; Tapetusq; ferus, dirusq; Typhæus,
Qui motū ciet, & Inarimen, flãmasq; volutat.
Est trux Enceladus, sunt semiferi Centauri
Sphīgęsq; Eumenidesq; & terribiles Harpyię.
An nō magnanimi quondã potuere Gygãtes
Frondoso in Monte altos imponere olympo,
Et terrere Iouem, nunc qua formidine Manes
Aspicio trepidare, vadisq; illabier imis.
Vocib⁹ his Pluton gemitū dat pectore ab imo
Aduenit scelerata dies, quo tarthara tandem
Dux spoliet, cęloq; feret. ruet altus Auernus

O socij. fuimus Manes. fuit orcus, & ingens
Gloria Plutonis nostras orcis imbuit aras,
Et nigræ pecudes, tercenteniq; Iuuenci.
Nũc erimus vix ũbra leuis, vix nomen inane;
Complebunt aliç deserta sedilia cælo.
Sed non pęnituit cecidisse. hic horrida bella,
Bella gerã. Regnator ero dabo Iura per orbẽ,
Imperium tuear. facilis descensus Auerni
Huc iubeã properare Viros. huc vndiq; (ferri
Sunt mihi centenæ doctæ simulare sorores
Inuidiaq. abscissa comas,& luxus inanis,
Et numquam stygio damnãda superbia Regi.
Tristis auaritię, atq; vrentes pectora Curæ.
Est Amor, est fędæ Veneris non pura libido;
Ira ferox, primusq; furor. quęsita voluptas.
Ast illum Comitata fides, & cana sequetur
Simplicitas. tristi iejunia pallida vultu
Luctusq; fletusq; & Crux, tormentaq; mille)
Vos socij semper vestras audacius artes
Exercere velim. plena regnabimus aula.
At leuis humana iactet cum gente Deus se;
Tu tamen vmbrosi tristissime Ianitor orci
Custodi stygiasq;. fores, atq; ærea latè
Limina. vestibulumquę iam tenuere sorores;

